 II trans.: A abhorrere, spernere, despicer – verabscheuen, verschmähen, verachten: 1 in univ.: a spectat ad corpus (*proprie et in imag.*): HRABAN. epist. 5 p. 390,23 si quis despicit hunc laborem nostrum ..., dimittat haec ... paupercula illis, ... quorum non venter pinguis repletus hortorum -it olera. WALTHARIUS 389 potum -it rex et escam. al. b spectat ad mentem: ARDO Bened. 38 p. 217,6 ut hi, qui torpore pigrescent et orare -dent, saltim compulsi agant, quae libenter nolunt. GODESC. SAXO theol. 19 p. 266,2 ut nullo modo -as medullitus audire, quae loquor. HROTSV. Cal. 3,3 lenocinia tua parvi pendo (*sc. Drusiana*) tuique lasciviam -o. al. obi. homines: HROTSV. Gall. II 4 Iohannes et Paulus te (*sc. imperatorem*) -unt. HELM. chron. 62 p. 119,2 quod -eris (*sc. comes Adolfus*) amicum tuum (*sc. Niclotum*) nec recordatus fueris fedderis. al. 2 evitare, declinare – vermeiden, zu vermeiden suchen: WALTHARIUS 631 hic (*Hagathies*) ... perpavidam gelido sub pectore mentem gesserat et multis -it proelia verbis. 3 ?circumire – ?umgehen: Ps. HIPPOCR. phleb. 170 vena cefalica ... fertur in gula, -iat cor. B ultra modum implere – überreich anfüllen: CONSUET. Vird. 27 in ... sollemnitatis legumen fratrums mensam non violabit, sed illa laucioribus cibis largo stipendio -ta fratres exertos reddet (*cf. et notam ed.*).
 *fastidiositas, -atis *f.* taedium, nausea – Überdruss, Unwohlsein (*usu medic.*): CONSTANT. AFRIC. theor. 9,27 p. 46a^v passiones in fundo stomachi sunt mala digestio, -s, diarrhea ... ; mala digestio et -s ex defectione est stomachi in digestione. p. 46b^v si nullatenus digeritur cibus, sed potius corruptitur, -s

nuncupatur; quam qui patiuntur, stomachos vocamus.
 fastidiosus, -a, -um. usu subst. saepe, e. g. l.5,7,11.
 1 taedium patiens – Abscheu, Ekel empfindend: a spectat ad corpus (fere usu medic. i. q. anorectus – appetitlos): HRA-
 5 BAN. hom. II 82 p. 306C -us quisque ad aeternae vitae epulas non festinat. WOLFHARD. Waldb. 19 capit. p. 146,13 de quodam -o mirabiliter curato. NADDA Cyriac. I 26 ne -is ingeras cibum. ANON. coit. 2,1,9 quorum (*castorum*) alteri -i, alteri ciborum avidi ... angustiabantur. al. b spectat ad mentem i. q. languidus, indignans, invitus – un-, widerwillig: SISEB. De-
 10 sid. 22 p. 637,18 ne -is de sua prolixitate displicat haec prosecutio. HRABAN. epist. 23 p. 429,22 studiosis tantum laboravi, non -is. ANON. algor. Salem. p. 6,19 quaerit divisio curiosos, non -os, sed ingeniosos. saepe. 2 odiosus, detestabilis – Ab-
 15 scheu, Ekel erregend, abscheulich, widerwärtig: a spectat ad corpus: VITA Pard. 19 (MGMer. VII p. 374) Aunarius ... -o more de palma sua sputum latenter projicit. DEFENS. med. I p. 56,30 cum aliquid amarum et -um esse sentiant medici, melle ... commiscent. IOH. S. PAUL. diaet. 461 cerebrum (*sc. ani- malium*) humidum est et -um (sim. 463). THADD. FLORENT. cons. 47,33 provocet vomitus ... quoilibet cibo vel potu unctuoso vel -o. b spectat ad mentem i. q. longinquus, moles-
 20 tus, taediosus – langweilig, lästig, verdrießlich: LIBRI Karol. 2 praef. p. 234,12 ne indistincti itineris tramitem inordinata prolixitas efficeret -um. ADALBOLD. sphaer. 5 p. 306,24 si vobis non sit -um audire, mihi non erit onerosum dicere. BERTH. chron. B praef. p. 170,9 cum de ergastolo mundi huius -o sanctam eius (*Hermannii contracti*) animam Dei pietas dignaretur liberare. GERHOH. tract. p. 78,4 si non timerem -us fieri nota replicando. persaepe.
 adv. fastidiose. 1 cum taedio, indignanter – überdrüssig, widerwillig: HRABAN. epist. 2^b p. 384,28 rogo lectorem, ut non -e accipiat nostrum laborem (*item cruc.* 2 praef. 27). ADALBOLD. Heinr. prol. p. 46,2 quod in omnibus scriptis antiquitas delitiose veneratur, novitas -e repudiatur. al. 2 odiose – auf Überdruss erzeugende Weise: OTLOH. Wolfk. prol. p. 566^B quaedam addendo, quaedam ... -e vel inepte dicta exacerbando ... vobis, o fratres mei exactoresque huius rei, ... oboedi-
 30 divi.
 40 fastiditas, -atis *f.* taedium, odium – Überdruss, Widerwillen: RUP. MEDIO. Adalb. 22 ne per verbosam stili vagationem legentibus forsitan quamlibet ingeramus -em. HUGO TRIMB. sols. 2 prol. B 9 est ... identitas mater sacietatis (-is, sociatatis, societas var. l.).
 45 1. fastidium, -i *n.* struct.: c. gen. subi.: l.55. al. c. gen. obi.: l.50. al.
 taedium, odium – Ekel, Überdruss, Widerwillen: 1 spec-
 50 tat ad corpus: a gener.: AESCULAPIUS 36 p. 55,42 caceiam apprehendimus ex ... corporis ... cessante nutrimento, hoc est -o cibi. EGBERT. fec. rat. 1,705 concurrunt in carne modis -a miris. CARM. Bur. 165,2,4 odor eius (*puellae*) oris ... exigenti osculum nullum prebet homini -um. al. b medic. i. q. anore-
 55 xia, defectus appetitus – Appetitlosigkeit: WALAHFR. Gall. 2,32 ut paene per annum integrum -o laborans deficeret qui-
 55 dam dives. ANTIDOT. Bamb. 15 stomachi -um pausat antido-
 tum. GLOSS. Salern. p. 16,6 -um involuntaria cibi abhominationis.
 saepe. v. et vol. I. p. 684,8. 2 spectat ad mentem: a in
 60 univ.: ARBEO Emm. 31 p. 73,7 ne -um legentibus gignem. GODESC. SAXO theol. 19 p. 271,5 quod non cum -o, sed cum saluberrimo desiderio ... quaestionem ... replico. VITA Emm. 2 p. 28,17 procerus statura erat, ita ut nec longitudo -um neque deformitatis brevitas ridiculum quoddam elicere potuisse. HELM. chron. 80 p. 149,13 ob laboris -um. CHART. ord. Teut. (Thur.) 332 p. 281,18 licet diversorum nominum posicio -um
 65 generaret. persaepe. b de longinquitate temporis: WA-
 LAHFR. Wett. 78 longa tulit Heito postquam -a, coepit mente sub obscura refugis tractare recessum de ordine tanto (*i. abbacia*). LIUTPR. antap. 4,12 p. 111,7 hinc (*sc. a partu cinguli aurei*) tibi (*Willae*) nulla decem tulerant -a menses (*cf. Verg. ecl. 4,61; ThLL. VI/1. p. 316,73sqq.*).
 70 [2. fastidium *v.* fastigium.] fastido *v.* fastidio.
 fastigatio, -onis *f.* acies – Schärfe: VITA Apollin. 1 (MG

Mer. III p. 198,1) qui nobili genere ortu conspicuus, natalium titulos mentis -e (fatigatione *var. l.*) sublimans *eques*.

fastigio *v. fastigo*.

fastigiosus, -a, -um. *acutus, spicatus – mit einer Spitze versehen, zugespitzt (usu geom.)*: ANON. geom. 4,31 p. 352,22 campus -us . . . , si vis scire, quot agripennos claudat, facito ita *eques*. p. 353,18 numerus perticularum -i campi VD; in campo quadrangulo, qui *eques*.

fastigium, -i *n. script.*: va:-l.42. fes:-l.36. fact:- THEGAN. Ludow. 43 (*var. l.*). fat:- DIPL. Karoli III. 171. *confunditur c. fastidium*: l.44. *adde FORM.* Bitur. app. 10 p. 181,4 (*cf. app. 8 p. 180,15*). *form. decl. I.*: FORM. Morb. 22 p. 335,19.

I exaggeratio – Erhebung, Erhöhung: PASS. Ger. Col. 21 dum . . . in sancti illius thesaurei indicium -um nullum excelleret.

II culmen, apex, summitas – Höhe(punkt), Spitz: A *proprie et in imag.*: 1 *strictius*: FORMA mon. Sangall. 17,11 in -o (*sc. turris*) altare sancti Gabrihelis archangeli. ANNAL. Ful. II a. 858 p. 48,24 aecclisia . . . ita concussa est, ut murus de -o cadiens oratorium . . . terrae coaequaret. EPIST. Hann. 15 p. 335, 26 turris, ad cuius -a me tendere hortaris, mihi expetenda est. CHRON. Sigeb. auct. a. 1162 (MGScript. VI p. 405,20) iussit *imperator* suos civitatem ingredi, muros, turres, alza et superba -a et edificia destrui. *al.* 2 *latius i. q. tectum, columen – Dach, First, Giebel*: EBERW. Magner. 54 sepulchro altarium sanctum iussit *episcopus* aptari et desuper, ut moris est, -um componi. CHART. scrin. Col. A I p. 137 nr. 31 ne -um Herimanni, quod teutonice sunez dicitur, . . . ledat (*sc. vicinus*). CHART. Bern. II 281 p. 302,19 si . . . evaserit (*sc. qui sanguinolentum occidit*) et captus non fuerit, -um sue domus scindatur. *al.* B *translate de summo gradu, ordine*: 1 *gener.*: a in univ.: WILLIB. Bonif. 3 p. 12,7 laudis semper praeconium et devotae -um iubilationis . . . persolvebat Deo. CAND. FULD. Egil. II prol. 2,1 ex quo me pater ille senex -a vita Aegil Bauhofi . . . litterulis mandare iubet. IOH. CANAP. Adalb. A 20 p. 31,11 ad divinę contemplationis -a (fe- *var. l.*) velut castissima turtur evolaverat. *al.* b (*summum*) *pondus, potentia – (bohes) Ansehen, (große) Bedeutung*: DIPL. Conr. I. 20 p. 19,21 non solum terreni, sed et caelestis regni non dubitamus honore et -o nos sublimari. DIPL. Loth. I. 62 p. 171,15 celsitudo imperialis, quantum ceteros honoris ac potestatis -o antecellit (*item* 128 p. 289,28 [*v. var. l.*] *al.*). DIPL. Ottom. II. 301 p. 356,31 nostri imperii -um augmentari minime ambigimus (*inde* DIPL. Heinr. IV. 290 p. 380,11 -um [*-dium var. l.*] *al. v. et vol. II.* p. 2072,32). c *apparatus, pompa – Prunk, Gepränge (usu plur.)*: OTLOH. vis. 5 p. 64,11 ut . . . clerici non solum superflua vestimentorum ornamenta, sed etiam inutilia queque morum abicerent -a. OTTO FRISING. chron. 4,10 p. 196,2 -a imperialia, utpote cocos, eunuchos . . . tanquam philosophus amputavit *Iulianus*. *al.* 2 *publ. et eccl. i. q. (sumnum) munus, (summus) honor – (bohes, höchstes) Amt, (hohe, höchste) Würde*: LEG. Wisig. 2,1,6 p. 51,18 quemcumque . . . adeptum esse constiterit r e g n i -a (*Hrotsv. Gall. II 5,4 ad -um r. al.*). CARM. libr. III 40 -a summa gubernans (*sc. rex Heinricus*). COSMAS chron. 1,19 p. 53,5 indignum me iudico (*sc. dux Bohemiae*) episcopali -o. DIPL. Frid. I. 502 p. 432,24 imperii Romani -a gubernanda suscepimus. HIST. de exp. Frid. imp. p. 94,14 princeps Heinricus . . . ad imperii -a per unctionem et papalem benedictionem promovendum iter in Apuliam aggressus est. *persaepe*. C *meton. de imperatore i. q. celsitudo – Hoheit, Durchlaucht*: LEG. Wisig. 2,1,5 quas (*leges*) nostri culminis -um iudicali presidens trono . . . edidit. DIPL. Karoli III. 49 p. 82,21 decet imperiale -um sibi subditas partes oppressas . . . ad proprium . . . statum redintegrando perducere. *al.*

fastigio vel fastigio, -avi, -atum, -are. (*e)levare, sustollere – empor-, hoch-, erheben*: 1 *proprie*: a *strictius*: LIBRI Karol. I 21 p. 204,19 cum . . . inferiorem partem fuga lapsam aequoreis undis immerget *Deus* superioremque in aera -aret (*spectat ad Vulg. Ios. 3,16*). b *latius i. q. aedificare, construere – (er)bauen, errichten*: VITA Aviti I 12 (MGMer. III p. 385,23) egregiam fabricam excelsis titulus . . . -gavit (fabricavit *var. l.*) Childebertus. 2 *translate*: IOH. VEN. chron. p.

106,20 dolens fratrem suum in honore -iatum contempsit *Iustinianus* adire palatium. p. 153,2 Brunonem . . . ad hanc dignitatis apicem (*i. apostolicam sedem*) -iare.

fastuosus, -a, -um. 1 *superbus – hochmütig, hoffärtig*:

- 5 CHRON. Andag. 10 p. 30,15 -a . . . secularis potestas. RUP. TUIT. Ioh. 5,1628 illa pomposa et -a domina (*i. eloquentia*). HIST. de exp. Frid. imp. p. 46,15 dissimulata . . . -a et Romano imperio admodum indigna legatione. ALBERT. M. eth. II 4,2,1 p. 296^a,13 qui . . . magnis seipsum dignum facit, cum indignus sit, chaymus vocatur, quem latine -um possumus appellare. CONR. MEND. Attal. p. 131,34 quia festum beatae virginis -o contemptu non digne celebraverit mulier. 2 *famosus, celeber – vornehm, berühmt*: LAMB. ARD. hist. 48 p. 585,20 ut inclitam et . . . -am patri . . . procrearet Agnes sobolem. 129 p. 625,11 Gertrudis . . . licet . . . -a verborum et actuum continencia nobilitaret *eques*.

adv. fastuose, *superbe, arroganter – auf hochmütige, hoffärtige Art*: EPIST. Hann. 38 p. 82,4 pauca -e iactavit R. sibi in discipulos licere, cum . . . magister . . . nec audet pro eo mutire.

- 20 HERM. TORN. Mar. 3,7 (MGScript. XII p. 659,10) quos in priori vita novimus . . . fuisse . . . pauperes, in religionis habitu quasi -e cernimus equitantes. CHART. Hamb. 525 p. 447,3 si forte aliquis . . . -e aliquem burgensem de Hamborg . . . occidet. *al.*

- 25 1. **fastus**, -a, -um. *abl. pl. -ibus: l.40.* 1 *adi. i. q. ad ieinium spectans – Fasten-* (*per contam. c. theod. vet. fasta, cf. Abd. Wb. III. p. 645sqq.*): ARBEO Corb. 18 p. 208,14 quod sibi in esum . . . a Deo transmissus fuisset piscis ob diei continentiae -i. 2 *subst. masc.:* a *usu plur. (sing.: l.34,38)*: a

- 30 *compositio anni – Kalender*: LAMB. LEOD. Matth. I 201 (gloss. in marg.) Macrobius Saturnaliorum bissextum diem vocat peregrinum, eo quod ab Egipto Romanis -is accesserit. 1531 Francia teutonica Romanis inclita -is nostris accedit titulus, ne *eques*. *adde*: HONOR. AUGUST. gemm. 3,7 festivitas quasi -i divinitatis, id est annua vel ius divinitatis dicitur, quia *eques*. B

- 35 *chronica, annales – Chronik, Annalen*: WALAHFR. carm. 18, 46 non tibi (*sc. Fulgentio*) talis ero, qualem meminere Philipum fraude in amicitiae per prisca volumina -i. ADSO Frodob. prol. (MGMer. V p. 72,41) si placet antiquos . . . percurrere -os. BONIZO ad amic. 3 p. 579,30 in Romanis -bus (*fuscib. var. l.*) . . . non invenitur nomen *inanе*. *al.* b *usu sing. i. q. liber – Buch*: ALDH. virg. II 21 ut -i seriem memini dixisse priorem. EPIST. Aldh. 9 p. 498,11 tuos . . . legimus -os. DICUIL. epist. cens. app. (cod. Paris. N. A. 1645 f. 13^r) -us unum nomen dum diversas res, hoc est superbiam et librum *eques*. *ibid.*: -us, liber, codex et volumen varia nomina eandem causam significant.

- 40 2. **fastus**, -us *m. script. va:-l.54. adde CHART. Bern. II 717 p. 776,25. form. abl. sg. -o: l.54.*

- 45 1 *usu originario*: a *de hominibus i. q. superbia, elatio – Hochmut, Stolz*: LIBER diurn. 105 p. 139,1 si distuleris (*sc. episcopus*) superbiae -u elatus. HRABAN. epist. 10 p. 396,23 ne inobedientia arguerer -u. HROTSV. Pel. 85 tanto -u se iactat in aula sacrilegas. ANNAL. Mell. Claestr. II a. 1180 (cod. A1)dux Bavarie miro -o (-u, v-u *var. l.*) contra imperatorem . . . senciens. STATUT. ord. Teut. p. 80,17 si de peccati libidine vel -u . . . usum habuerit frater loquendi. persaepe. v. et l.44. b *de rebus*: a *actio tumescendi, se elevandi – das Anschwellen*: EKKEH. IV. bened. I. 43,34 turbinis exsuperant nautae -um (gloss.: id est extollentiam) rate gurgitis estum. B *apparatus, pompa – Prunk, Gepränge*: WANDALB. martyr. 801 cui (*Sebastiano*) surgit et ara antiquosque nitent aequantia culmina -us. CHRON. Clus. 1 (MGScript. XXX p. 960,12) pulso penitus a mentis aditu fuco ac -u rhetorico. RAHEW. gest. 3,12 p. 180,28 reliquum legationis, ut videbatur quidem utilitati, re autem vera regali potius -ui studere utrimque videbatur. *al.* 2 *fort. per confusionem c. fascis i. q. (officii) dignitas, honor, potestas – (Amts-)Würde, Ehre, Macht*: CONST. imp. II 195 p. 240,20 (a. 1235) quanto prosperioribus potentie nostre successibus gloriamur et in imperii nostri -bus (faucibus *var. l.*) votorum nostrorum executione proficimus. v. et p. 83,23,90,55.

- 50 **fatalis**, -e. *script. fact.-: p.95,34. usu subst.: p.95,9. ad fatum pertinens – zum Schicksal, Verhängnis gehörend*,

[Weber]

schicksalhaft, Schicksals-: 1 gener.: a affatus, fato destinatus, debitus – vom Schicksal bestimmt, verheißen, verhängt: MAPPAE CLAVIC. prol. p. 189,30 distinguentes istam heresim -i munere concessam, LUP. FERR. epist. 130 p. 123,36 nemo ... opinetur aut iustis aut reprobis praedestinationis veritate -em necessitatem induci, cum eqs. (sim. MANEG. c. Wolfh. 8 p. 59,6 -i necessitate. al.). COSMAS chron. 1,2 p. 7,23 salve, terra -is, mille votis quesita nobis. ALBERT. M. fat. 2 p. 69,17 in quorum (*circularum*) centro cardo et causa est fati et -ium. SABA. MALASP. chron. 4,20 p. 211,10 ante -em diem mortis morsibus expiravit Petrus. *saepius.* b pernicious, damnosus – verhängnisvoll, Verderben bringend: a in univ.: HARIULF. chron. app. 8 p. 310,24 nec ... suam cuique monacho suppellecitem tantum ... una haec et -is nox abstulit, sed ... toto coenobio ... ruinam pene universalem intulit. HIST. peregr. p. 172,15 o -is et odiosus fluminis alveus, in quo tocius lumen extinguitur probitatis (i. imperator). ODO MAGDEB. Ern. 4,368 rapitur -is ... Tyndaris et plenum defert ad Pergama fatum. 4,385 egressi Troes muros et menia pandunt et mons-trum -e trahunt. *saepius.* B mortal, letifer – das Schicksal erfüllend, todbringend: GESTA Bereng. 2,129 -em (gloss: mortalem) populis ... horam admovet atra dies. HIST. de exp. Frid. imp. p. 93,33 diem dies accumulavit -em. al. c fata (prae)destinans, disponens – das Schicksal (vorher)bestimmend, festlegend: GODESC. SAXO gramm. 2 p. 466,22 quasi culibet nascentium sit cum -i stella sua consignata ... sortitio (sim. ALBERT. M. Matth. 2,2 p. 48,75 stellae, quae -es a mathematicis dicuntur. al.). HEINR. AUGUST. planct. 144 qui -e putat sidus, mathematicus errat. ARCHIPOETA 4,29,3 longa tibi (sc. archicancellario) tempora det -is colus. ALBERT. M. fat. 2 p. 68,9 decursum vitae tribus -bus deabus attribuit Plato. al. 2 iur. de ultimo die ad causam appellandam (cf. DuC. s. v. 'fatalia'; de re v. Plöchl, Kirchenrecht. 2II. p. 358): DIPL. Heinr. III. 192 p. 242,34 hesterna preterita dies fac-is et terminus causae ab imperiali fuerat concessus maiestate.

adv. fataliter. 1 fati decreto, secundum fata – durch Schicksalsfügung, dem Schicksal entsprechend: UNIBOS 186,1 compulus sum (sc. subulcus) -r apothecam tuam, miser, hoc fuste meo tangere. ADAM gest. 3,42 p. 185,7 ducem futuri precium sepe ... narrasse filios suos ad excidium Bremensis ecclesie -r (faciliter var. l.) destinatos. 2 fatum canendo – in Verkündung des Schicksals: ROLAND. PATAV. chron. 5,23 p. 85,23 quasi -r se super illam apposuit pica hastam, qua Ecelini ferebatur insignum.

fatalitas, -atis f. fatum – Schicksal: CONST. imp. II 274,1 p. 385,6 (a. 1250) quin -is, (quem felicitas var. l.; i. mortalitatis) eventus mortalibus ... tanquam cicatrix ex vulnere remaneret. III 167,3 si ... filius noster sorte -is humane decesserit. Weber

*fatatus, -a, -um. (Fata; cf. ital. fatato; v. Battaglia, Dizionario. V. 1968. p. 715) fascinatus, vi magica praeditus – behext, mit magischen Kräften versehen: SALIMB. chron. p. 630,30 venite ad me secure et nolite timere, quia ego -us sum et ledi non possum.

*fatens, -antis. (cf. faticare) fessus, lassus – müde, ermattet: ALCUIN. (?) carm. 124,4 ut lux alma queat venas intrare -es.

fateor, fassus sum, -eri vel raro (p. 96,23,36) fateo, -ere. script. et form.: -tu(or): p. 96,33. -ti(or): p. 96,35. partic. perf. fessus: l.64. in parenthesis: l.62,63. saepe.

confiteri, profiteri, concedere, patifacere – bekennen, zugeben, einräumen, gestehen: 1 gener.: A strictius: WALAHFR. imag. Tetr. 149 obstupui, -or. HRABAN. epist. 42 p. 481,12 valde, -or, gavisus sum. VITA Burch. Wirz. 3 huic (pon-tifici) ... Bonifacius ... in extremis fassus (fessus 2, corr. ex fatu 5) est hoc sibi maxime fore veniendi negotium, ut eqs. VITA Heinr. IV. p. 32,33 ut obvius patri ... culpam -retur et gratiam expeteret. CHART. Heinr. Leon. 117 p. 174,23 ut verum -ar. EMECHO Ekkeb. (NArch. 11. 1886. p. 449,8) tam arduam rem (sc. ad ordinem sacerdotii ascendere) aggredi nondum audere -batur. persaepe. B latius i. q. dicere, loqui, fari – reden, sagen, behaupten: 1 in univ.: RHYTHM. 59,1,3 hunc (abba-tem) -entur vinum vellet bibere super omnes Andechavis homi-

nes. GODESC. SAXO gramm. 2 p. 466,4 -entur mathematici ... unumquemque hominem sub constellatione ... siderum nasci. ALFAN. premn. phys. 39,13 p. 126 meditari et studere omnes

-entur (PG 40,70^a εἰπεῖν) in nobis esse. *saepius.* 2 referre, narrare – berichten, erzählen: VITA Burch. Wirz. 1 quicquid ... de omnibus recte -emur. PASS. Kil. II 19 si virtutum beati martyris saltem unum miraculum -amur (-emur var. l.). AN-NAL. Fuld. II a. 881 p. 97,13 terra motus factus est magnus, ita ut ... vasa factilia, sicut compositores luti -bantur, ... frange-rentur. 3 nominare – nennen, erwähnen: VITA Aldeg. II 11 (ASBOLL.³ Ian. III p. 653) soror ... iam dicta saepiusque -enda, sanctissima ... Waldetrudis. v. et p. 119,9. 4 praedicare – aussagen, erklären: CONC. Karol. A 37,22 paene omnia monasteria regularia ... secundum regulam sancti Benedicti se vive vere -entur.

II eccl., theol., philos.: A de peccatis, culpa: GODESC. SAXO theol. 19 p. 265,20 veraciter intueor et simul etiam -or, quod ... sum debitor. CONSUIT. Marb. 54 quantacumque -atur frater, tamen non amplius petat veniam, quam petivit. al. 20 B de fide, doctrina: 1 strictius: TRAD. Frising. 39 p. 67,9 (a. 770) futuram vitam -or. AUDRAD. carm. suppl. 3,5 se praesentem summi sapientia patris agnoscit voluit hominemque Deumque -eri. WALAHFR. carm. 78,5 in te, Galle, Deum, in Domino te, Galle, -bor. *saepius.* 2 latius i. q. promulgare – verbreiten, lehren: GODESC. SAXO theol. 21 p. 293,10 quae (orientalis ecclesia) -etur, quod a Deo novae fiant hominibus et dentur animae. ALFAN. premn. phys. 2,1 p. 24 Democritus ... et Epicurus et omnis Stoicorum secta animam esse corpus -entur (PG 40,536^b ἀποφαίνονται). ibid. al. C hymnizare, glorificare – lobpreisen: CARM. biblioth. 6,14,4 'sanctus, sanctus, sanctus' sine fine -entur seraphim.

III publ. et iur.: A declarare, confirmare – erklären, beteuern, versichern: FORM. Andec. 34 p. 16,2 fatuor me hanc libellum dote scribere deberent (item 35. 36). FORM. Sal. Merk. 35 2 p. 241,29 -imur nos donare atque donavimus basilica. TRAD. Frising. 328 p. 281,2 -bat Sigipaldus se cum tribus mancipiis ... ecclesiam hereditare (item form. act. 390 p. 331,4. ibid. al.). CHART. cell. Paulin. 51 ego Heinricus ... comes ... -or me Cunrado ... in feodo prestissime advocatiam. ACTA civ. Wism. 40 B Albertus ... -batur coram consulibus, quod ... dedit ... universam hereditatem. *saepius.* B agnoscere, acclamare – anerkennen, ausrufen: CASUS Petrish. 2,46 legitimus imperatorem (sc. Heinricum) -entur principes.

adv. *fatenter. modo confirmantis – auf beteuende Weise: DIPL. Loth. I. 152 qualiter ... -r ... episcopus precepta et monimina se dixisset habere.

fatesco v. fatisco. *fatica v. *fatiga. faticatio v. fatigatio. faticius v. fadicius. fatidicus, -a, -um. fatum canens – das Schicksal verkündend: CARM. Bur. 60^a,7,1 si Menalus -us virginibus michi det omne fari.

faties v. facies. fatifer, -a, -um. fatalis, mortifer – schicksalhaft, todbringend: LIGURINUS 2,520 funda ... -o tenerum secat aera plumbo. adde: ALDH. ad Acirc. 120 p. 165,6 solet ... dactilus a nominibus figurae compositae provenire, quando a verborum significationibus 'gero' et 'fero' componuntur, ut ... furcifer, -r (-ex var. l.).

*fatiga (-ica), -ae f. (ital. fatica; cf. Battaglia, Dizionario. V. p. 716sqq.) labor, opera – Anstrengung, Mühe: THADD. FLORENT. cons. 84,7 prohibeat aegrotus labore et -cam.

fatigabilis, -e. 1 sensu pass. i. qui (facile) fatigari, debilitari potest – (leicht) zu erschöpfen(d), angreifbar: RICHARD. ANGL. anat. I 582 inferior ... pars eius (matricis) ex multo spermate recepto -is. ALBERT. M. cael. 1,3,4 p. 64,52 si move-rentur separatae substantiae per accidens, essent -es et corrup-tibiles. 2 sensu act. i. q. durus, asper, laboriosus – ermü-dend, mühsam, anstrengend: ALCUIN. epist. 159 p. 258,24 frequens ... infirmitas corporis mei hiemalibus procellarum tempestatis -e mihi valde iter efficiet longinquum. HILDEG. (?) caus. 6,509 si ... femina est (sc. quae in sexta decima luna concipitur), fatua erit et -es mores habebit (sim. 6,521). GREG.

CAT. chron. II p. 214,27 sicuti servum inutilem illum (*scriben-tem*) habens (sc. *abbas*) . . . in tantum affligebat variis -bus, ty- rannicis ac importabilibus iussis . . . ut eqs.

*adv. *fatigabiliter.* 1 *vix, laboriose – mit Mühe, mühsam:* MIRAC. Donat. (MGScript. XIV p. 178,47; a. 1091/92) baculo sustollente vivum cadaver segniter ac -r tripodabat. 2 *modo fatiganti – auf ermüdende Weise:* GESTA Trud. cont. I 12,6 p. 307,43 per iugosa et saltuosa devia -r diductus . . . in itinere per missus est *abbas* abire.

fatigabundus, -a, -um. *fessus, defectus – müde, erschöpft, entkräftet:* IOH. METT. Ioh. 16 tantum . . . pudicitiae virtus mentem eius . . . pervaserat, ut, quo forte loco mulierem sedisse conspexerat, nullo pacto illa recedente eodem ipse vel -us succederet. HERM. AUGIENS. chron. a. 1040 milites . . . casso labore iam -i . . . caesi, capti fugatiq; sunt. CHRON. Reinh. a. 1198 p. 558,39 vitando Scillam inciderunt *principes Allemanniæ* in Carybdyn, sicque -i cismarinias Adriatici ripas . . . vix attigerunt.

***fatigamen**, -inis n. (*fatigare*) *incommode, offensio – Unannehmlichkeit, Ärger:* CHART. Brand. B I 172 p. 131,4 (a. 1277) propter -a ipsi (*marchionii*) facta.

fatigatio (-cio), -onis f. *script. -ica:* ARBEO Emm. 42 p. 92,24. 1 *defectio, consumptio – Erschöpfung, Ermüdung:* a strictius: AURELIUS 14 p. 716,1 cum . . . -es erunt. WIBALD. epist. 260 p. 386,11 quae (*causa*) inter vos (sc. *episcopum Min-densem*) et nos . . . non absque -e magna tractatur. VITA Mamm. 188 simulata . . . , quasi se de oratione nuper levaret, -e. FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 28,19 impotentes sunt *falcones* ex -e; -o . . . istorum potest esse . . . propter longam viam. persaepe. b *latius i. q. morbus, debilitas – Krankheit, Schwäche:* HUGEB. Wynneb. 2 p. 108,18 quod magna febri -o . . . advenas . . . gravare solet. RECEPT. Laresh. 5,1,26 qui -em eparis, stomachi (sc. *patiuntur*). ALTFR. Liutg. 2,5 post longam -em sanato corpore reliquo ipsa tibia . . . curvata permansit. al. 2 *labor, opera, incommode – Anstrengung, Mühsal, Stra-paze, Unannehmlichkeit:* LEG. Wisig. 2,1,20 det . . . iudex ei, quem audire noluit, pro -em (-e var. l.) eius tantum, quantum eqs. EIGIL Sturm. 6 p. 137,13 gratias ei (*nuntio*) -is suea refrens. GERH. AUGUST. Udalr. 1,12 l. 27 tantis . . . tumultuum -bus superatis. ALFAN. premn. phys. 21,1sq. p. 105 dividitur . . . timor in sex: . . . in obumbrationem et in -em (PG 40,689^A ἀγωνίαν); . . . -o . . . est timor ex eventu. MANEG. ad Gebeh. 2 p. 315,14 multas . . . corporis et animi adversas -ciones . . . per-sessum protestaris. FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 142,20 levare ipsum contra ventum est -o aironi. persaepe. 3 *molestatio, tribulatio – Anfechtung, Anfeindung, Belästigung:* a gener.: COD. Udalr. 38 p. 80,18 anulum et ferulam pastoralem ei, a quo acceperat *episcopus designatus*, reddens nos longa ques-tione et -e absolvit. EPIST. Wibald. 151 p. 256,2 fatigantem (sc. Heinricum) . . . aecclesiam nostram (sc. Corbeiensem) . . . abbas . . . plus quam tertio communuit, nec tamen de -e nostra post communionem cessavit. VITA Greg. Porc. II 5 p. 468^F omnis -o daemonis expulsa est ab homine. al. *offensa – Kränkung, Beleidigung:* GESTA Trev. 26 p. 164,23 correptus Tietgaudus de inobedientia et de -e apostolica (i. *apostolorum Petri et Andreeae*). b *publ. et iur.:* FORM. Senon. I 43 p. 204,41 tibi . . . nullas calumnias nec -is nec repetitionis agere nec generare nec repedire non debeamus. CHART. Engelb. 18 (Geschichtsfreund 49. 1984; p. 258,9) Altissimus valere vos (sc. papam) faciat et -i nostre infinite finem debitum imponere in Christo Iesu. CHART. civ. Erf. 235 p. 148,28 persona, que superstes remanserit, residua duo (sc. maldra) sine -e ad dies vite sue pacifice possidebit. saepius.

1. ***fatigium** (pha-), -in. *labor, opera, incommode – An-strengung, Mühsal, Unannehmlichkeit:* COD. Karol. 7 p. 493,24 dum . . . pre ph-o (-o var. l.) validi iteneris caro nostra minuata est. ERCHEMB. CAS. hist. 8 p. 237,35 pro -o sumpto et pro interemptis affinibus . . . dux dedit in exenium octo milia aureos . . . principi. HELM. chron. 73 p. 141,9 nolite spiritum meum de peregrinacionis -e ad patriam tendentem huiuscemodi verbis affligere. CHART. Carniol. II 371 p. 287,19 sine . . . monasterii procuratorum labore et -o. al.

[2. **fatigium** v. *fastigium.*] *fatigo, -avi, -atum, -are. fut. -ar: l. 36. medial.: l. 15. 36. saepe. partic. perf. usu subst.: l. 37.*

I *trans. i. q. defatigare, debilitare, vexare – ermüden, er-schöpfen, ermatten, schwächen, anstrengen, strapazieren, be-mühen:* A proprie (spectat ad corpus; usu absol.: l. 12. al.; refl.: l. 16.19.21. al.): 1 *obi. anim.:* a in univ.: LEG. Wisig. 8,4,2 si primum animal contra definitionem et volumatatem domini -etur eqs. BEDA hist. eccl. 4,23 p. 256,17 percussa . . . febribus acri coepit *Hild abbatissa* ardore -ari (-are var. l.). WETT. Gall. 27 qui perverso humore -ti dentium dolore quatuntur. WALAHFR. hort. 188 si vertigo -et, huius (*absinthii*) opem rimare. HROTSV. Abr. 3,2 ne -a me (sc. *Effrem*) longa verborum circuitione. ALFAN. premn. phys. 21,2 p. 105 timen-tes . . . adversitatem incurre operationis -amur (PG 40,689^A ἀγωνίαν). OTLOH. prov. F 48 frustra niti nec aliud se -ando nisi odium quaerere extremae dementiae est. b *refl. i. q. se (operose) conferre – sich (mühsam) begeben, ‘sich bemühen’:* LIUTPR. leg. 15 quare te huic (sc. *Constantinopolim*) -asti, fra-ter, edissere. VITA Arbog. 3 (RömQuartSchr. 12. 1898. p. 302,21) ut ad se (sc. regem) *episcopus omni festinanta -are se dignaretur. al. 2 obi. res:* a in univ.: RECEPT. Laresh. 5,1,14 si -tum fuerit epar vel stomachus. WETT. Gall. 28 p. 273,3 lingua -ta videtur mihi . . . deficere. RHYTHM. 115,42,2 sic quamvis velox nimis longum iter persequeens in eundo -ta (sc. luna; cf. 43,3 fessa). al. b *affligo – heimsuchen:* BALDER. Al-ber. 12 p. 250,41 qui (*fluvius*) . . . undis . . . spumantibus littora -at. c *bella -are i. q. in pugnam ruere, agonizare – zum Kampf drängen, den Kampf bestehen* (cf. Verg. Aen. 7,587 Martem): EUGEN. VULG. calend. 85 sic nonis martyr Juvenalis bella -at. B *translate i. q. incommodare, inquietare, offendere – belästigen, drangsaliieren, zermürben:* 1 gener.: AR-BEOP CORB. 6 p. 194,20 in his . . . -tus tribulationibus XIII. suea cellulæ impleverat annum. WALAHFR. carm. 49,3 qui (*hostis*) nos livore -at. HROTSV. Abr. 7,14 nulla super his ultra sollici-tudine -ar (sc. *Maria*; frangar var. l. ed. Berschin). CONST. imp. II 200,4 ut pacem discordiarum scismatibus -tis . . . mini-stremus. saepius. 2 *publ. et iur.:* LEG. Wisig. 2,2,6 de quanti-tate itineris, quod alium quisque innocentem -are presumserit. 40 LEG. Lang. p. 438,31 per pugnam non -etur (sc. qui sacramen-tum dedit). REGINO syn. caus. 2,5,84 si quis ecclesiam aut cle-ricum -are presumerit. NARR. de lib. Fab. 10 p. 414,16 (epist. pa-pae) ut nulli . . . hominum liceat . . . monasterium . . . temerariis vexationibus -are. CHART. Lux. IV 59 p. 67,13 quod . . . abba-tem et conventum super predictis bonis nullatenus -bunt *Theo-dericus et Ysekinus*, inquietabunt aut etiam molestabunt. per-saepe. II *intrans.:* A *fessum, defectum esse – müde, erschöpft sein:* MIRAC. Gertr. I 4 lectulum, ubi sancta Gertrudis post la-borem vigilarum . . . solebat -antia membra aliquid requiescere. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 93,25 si . . . falco multum -verit (-vit var. l.) aut lesus fuerit a grue repugnante. B *aegrotare, labore – krank sein, leiden:* v. l. 10. fatio v. facio. fator v. fateor. 55 *fatico vel fatesco, -ere. script. fit:- l. 71. face:- ALDH. virg. II 826 (var. l.). depon.:- p. 99,26. c. abl. separativo: p. 99,4.*

I *intrans.:* A *dissolvi, dilabi, frangi – sich auflösen, zer-fallen, zerbrechen:* 1 in univ.: BONIF. epist. 9 p. 5,10 mundi huius pretiosa . . . ut umbra pretereunt, ut fumus -iscunt (facti sunt var. l.), ut spuma marcescunt. VITA Ludow. pii 28 p. 374,2 porticus lignea . . . humectatione continua putrefacta -iscientibus (-escentibus var. l.) inferioribus . . . conlapsa magnum . . . omni palatio incussum metum. PASS. Petri et Pauli 181 pinnarum fulcra -iscunt, decidit et fracto crure relapsus homo (sc. Symon) est. MARB. RED. lap. 30 quae (sc. durities adamantis) . . . hircino calefacta cruore -iscit (liquecscit var. l.). al. perire, occidere – zugrunde gehen, enden: EPIST. Wisig. 3 p. 664,3 que (terra) -escente calore hymbrem ad suum lignendo-rum fructuum substinebat. GUNZO epist. 18 p. 56,13 cui (*conditor*) nil, quod pereat, nihil est, quod fine -iscat (fi- var. l.). 2 *detrimentum facere – Abbruch leiden:* EUPOLEMUS 1,216 [Staub]

dis immortalibus esset dedecus eternum meritoque -isceret orbis, hibrida, polluto si tu fruerere ducatu. **3 c. abl. separativo i. q. privari – verlustig geben:** ALDH. virg. II 193 cadit flos *virgineus* in terram, ceu fronde ligustra -escunt. **B hiare, patere – offen stehen:** AMALAR. off. 4,9,1 ut sua directione labia nostra aperiat Dominus, et ad suam laudem os nostrum -iscat. **C fatigari, deficere, lassari, consumi – ermatten, ermüden, sich erschöpfen, verzehren:** 1 strictius: **a de hominibus eorumve corporibus, animis, viribus sim.:** WOLFHARD. Waldb. 2,9 adiit ... cellam ... puer ... caecitatis horrore -iscens. HROTSV. Gall. I 9,2 dextrae languescent, vires -iscent. DIPL. Otton. II. 232 p. 260,40 ne in ... alto conamine studio languente deficiant ac -iscant pauperes Christi. CHART. Westph. II 293 p. 73,9 homo ... seculi huius erumpnas et adversitates animo -escente perthesus bona sua ... offerre curavit. HIST. peregr. p. 120,10 Turci ... videntes exercitum estu et situ iam miserabiliter -iscentem insistunt audacius. **al.** **b per compar. de rebus:** DYNAMID. Hippocr. 1,6 manibus vel opere diu tractata -escit polenta sive farina. EGBERT. fec. rat. 1,1167 Ardenam valles et cingunt ardua saxa; in pluviis heret, nimio sub sole -iscit. **2 latius:** **a labi, cessare – erschlaffen, daniederlegen:** CHART. Mog. A II 225 p. 409,5 (a. 1157) ubi (*sc. in clauso*) ex pravorum hominum insolencia sancta omnino -escebat religio. **b laborare, operam dare – sich ab-, bemühen:** SABA MALASP. chron. 4,14 p. 198,25 quilibet ... Corradinum ... dextrare -iscitur et eum intra terram conducere satagit.

II trans. i. q. diducere, aperire – aufmachen, öffnen: EGBERT. fec. rat. 2,242 inferni lacus et puteus baratrümque profundum quam super iniustos nimis hora pavenda -iscet (*cf. Vulg. psalm. 68,16 urgeat; v. notam ed. p. 245*).

fatitius v. facticius.

***fato**, -atum, -are. (*fatum*) **praedicere, prophetare – weissagen, vorhersagen, prophezeien:** ALBERT. BEH. epist. 8,2 p. 351,22 Alexander -tus, ut numquam deberet amittere bellum, inventit artem eqs. WILH. RUBRUQU. itin. 35,8 vocati divinatores ad -andum de puerō omnes prophetizaverunt prospera. *cf. fatatus.*

***fatoclus**, -i m. (*per contam. ex fatuus et Fatuclus, ut vid.*) **rusticus fatuus – dummer Bauer:** EGBERT. fec. rat. 1,674 fumi sunt plena tuguria stulti; qualis erat Coridon et plurimus usque -us (*v. notam ed. p. 245*).

***fatualis**, -e. **fatuus, stultus – einfältig:** BERNH. GEIST. palp. 1,334 dic (*sc. aulicus adulatorius*) ...: 'de te (*sc. domino*) magnalia vidi'; protinus instabit: 'referas tua visa', rogabit; finge coronatum vel coelitus irradiatum aut aliquid tale, quod inungat cor -e.

fatuitas, -atis f. **stultitia, stoliditas – Einfalt, Dummheit:** 1 *proprie*: NOTKER. BALB. gest. 1,3 nobiles (*sc. pueri*) ... omni -e tepentes (*sc. epistolae*) praesentarunt. HROTSV. Dulc. 1,3 quid sibi vult ista, quae vos (*sc. Agapen*) agitat, -s? :: quod signum -is nobis inesse deprehendis (*sc. Diocletianus?*) IDUNG. PRUF. dial. 2,250 simplicitas sine prudentia non est simplicitas, sed -s. Ps. PLATO quart. 4 p. 159,3 ignorantia et -s sunt privationes intelligentiae. *saepe*. **2 meton.:** **a de rebus vel actionibus:** BERTH. RATISB. serm. exc. p. 35,25 quicquid credit Iudeus, paganus vel hereticus, non est nisi stultitia et -s. SALIMB. chron. p. 79,4 cum ... reprehenderetur ... Iohannes ... de multis -bus, quas faciebat. **al.** **b de homine:** GERB. geom. 1,1 ordinis ratio ... a nostri melius -e ... retinetur.

fatum, -i n. (-a, -ae f.: p. 100,7,18). **script. va- (per contam. c. vates, ut vid.):** p. 100,2. **saepe usu plur. confunditur c. factum:** p. 100,8,27,48,65. *al.*

I dictum, verbum – Ausspruch, Wort: **A in univ.:** ABBO SANGERM. bell. 2,592 haec ubi -a (*facta P¹*; gloss.: dicta) receperunt probitate neglecti, exultant hilares. **B sententia, decreturnum, numerus – (Schicksals-)Spruch, Beschluss, Wille:** WALTH. SPIR. Christoph. II 1,83 dura ... -a trium pariter gemuere (*sc. dei*) sororum (*i. Parcarum*). NICOL. BIBER. carm. 857 qui (*rex*) per -a deorum in bello cecidit. **C statutum, norma – Vorschrift, Verordnung:** VITA Wern. Merseb. 2 p. 246,28 aliis ... ecclesiastica iudicia dominum apostolicum aequi ponderis statera librare iuxta -a (*scita var. l.*) canonum approbantibus.

D oraculum, vaticinium – Orakel, Prophezeiung: OTLOH. hymn. 7,31 (AnalHymn. 50 p. 328) dies ille complebit vata Sibyllae.

- 5 **II είμασμένη, destinatio, condicio, sors – Schicksal, Bestimmung, Geschick, Fügung:** A strictius: 1 gener.: **a proprie** (*interdum per prosop.*, e. g. l. 10,12): HUGEB. Willib. praef. p. 87,16 pedagogus ... fide robustus, -a (-o var. l.) fortunatus. WALAHFR. Wett. 76 recto cursu -isque (factisque R) secundis ... responsa ... tulit (*sc. Haito*). ADAM gest. 2,67 invidenter nobis -a, ne diu frueremur ... pastore. ANNALISTA SAXO a. 1125 p. 585,4 speciali quodam -o, quo Cesar Julius usus, vincebat Lotharius. CARM. de Frid. I. imp. 1040 tedas -a repellunt. 1920 da, pater, augurium venturaque -a revela. **persaepe.** **b meton. de deabus -um dispensantibus:** **a de Furiis:** ERMINR. ad Grim. 25 p. 563,35 ut longo tempore in tali balneo (*i. Styge*) sedeat Vergilius, -a sua, que et Furie dicuntur, id diuident: Allecto, Thesyponeh et Megera. **b de Parcis:** GESTA Bereng. 1,4 quos (*tyrannos*) Lachesis (gloss.: una e -is; interpretatur autem Lachesis sors) ... damnavit Averno. RAHEW. fosc. 4,82 tribuunt ... data tibi. Pluto sacer, tria -a, 4,147 tres ... seu Parce seu -a. **2 theol. et philos.:** **a in univ.:** THEOD. TREV. transl. Celsi 12 nihil fit ... sine causa; non enim hoc -um, sed dispositio divina esse creditur – quia catholicis auribus -um abhorret, – quamvis aliud occurrerit, praeterquam quod intendebatur. ALFAN. premn. phys. 39,4 p. 124 omnium, quae facta sunt, vel Deum dicunt esse causam vel necessitatem vel -um (factum var. l.; PG 40,761^B είμασμένη) vel naturam vel evenitum vel ipsum sponte. ALBERT. M. phys. 2,2,19^{capit.} quid sit -um et quod ipsum esse non est negandum. caus. univ. 1,4,6 p. 30 51,77sq. hymarmenes ... est idem, quod quidam Latinorum -um dicunt, et differt a fortuna, quia -um est tota causarum implexio. **saepe.** **b praedestinatio – Vorherbestimmung:** GODDESC. SAXO fragm. p. 14,17 ut nemo nisi necessitate inmutabili unius (*sc. praedestinationis*) neque ad iustitiae meritum neque ad finem eius ... possit pervenire, nemo nisi alterius necessitate -i (*fari cod.*) nec in meritum impietatis nec in eius terminum ... compellatur cadere. **B latius:** **1 malum, afflictio – Unglück, Heimsuchung:** EPIST. Meginh. 21 p. 215,32 illud ... -um, si dici fas est, quo ego ... in dicesse vestri acceptus sum, ... me ... miserrimum persecutur. **de tormentis:** WALTH. SPIR. Christoph. II 5,125 quanta tuam vicerunt -a sodalem. **al.** **2 finis (vitae), terminus – (Lebens-)Bestimmung, Ende (plerumque i. q. mors – Tod, e. g. l. 46,48.49sqq.):** WALAHFR. carm. 70,1 lector, subsiste parum, lege verba sepulti, ut tua praecautus -a videre queas. HELM. chron. 49 p. 96,13 cum ... regem ... -a sustulissent, Nicolaus ... regnum obtinuit. FRID. II. IMP. epist. B 1 p. 419,26 ut ... grata vivat eius (*nepotis*) post -a (*facta var. l.*) memoria (CHART. Basil. C II 4 p. 4,17. *al.*) **al.** locut. in -a labi, (*con-*-de)cedere, migrare i. q. mori – sterben: BALDER. Alber. 15 p. 251,39 communi mortali sorte in -a lapsus est imperator. CONST. imp. I 227,1 ipse (*Wernherus*) in -a concessit. CHART. Turic. 1365 postquam in -a migravero. CHART. Welt. 7 quecumque ... III^{or} personarum in -a decesserit. CAES. HEIST. Engelb. 1,3 p. 239,9 in -a cedens Theoderico ... sedem reliquit Bruno. **al.** **3 de rebus i. q. occasus – Ende, Untergang:** HRABAN. carm. 21,9 grammata sola carent -o mortemque repellunt. RAHEW. gest. 3,4 p. 169,26 Bolizlaus ... rebus suis ultimum -um cernens imminere ..., ut sub iugum Romanae ditionis ... recipi mereretur, postulavit.
- 60 **III ordo, natura – Ordnung, Natur:** **A motus, processus – Lauf:** CARM. de temp. rat. 404 cursu sideris concordantia -a proferunt flumina cursim. **B ratio, genus vitae – Lebensordnung, -weise:** WALAHFR. Mamm. 19,22 feras nuper quibus artibus, edic, legibus a propriis aliena ad -a vocasses. POETA SAXO 2,368 iuvenis ... genitoris -a (*facta codd.*) secutus contemplative suscepere otia vitae.
- 65 **fatuo, -avi, -are. in errorem inducere, fallere – in die Irreführen, täuschen:** DUDO hist. 4,77 (ed. Lair) rimare (*sc. Bernardus*) ingenioso conamine regem Ludovicum -are, quia vult nos et vos omnes crudeliter perdere. ANON. miseric. 398sqq. ille, qui hoc verbum eos docuit, -vit eos, ut non inveniant quesi-70 tum ...; et -vit eos similiter de formatione retentionis quorun-

dam eliohayr ad alia.

fatuor *v.* fateor.

fatuosus, -a, -um. *fatuus, stultus, hebes* – *einfältig, töricht, dumm*: HILDEG. (?) caus. 497 qui in quarta luna concipiatur, si masculus est, -us erit et facile per alios decipitur. 500 qui in septima luna concipiatur, si masculus est, -us et inanis sapientia erit . . . ; si autem femina est, frech erit, sed -a. *usu subst.*: ANSELM. HAV. dial. 1,10 p. 90,5 vae tibi, miser hypocrita, . . . caeterorum fatuorum -issime.

1. **fatus**, -us *m.* 1 *sermo, verbum – Rede, Wort: HEIRIC.* Germ. I 3,319 quibus orta parentibus esset *puella* . . . , -u perquirit amico. GESTA Bereng. 1,106 sacris ita -bus ora resolvit (gloss.: i. e. cepit loqui): ‘*eqs.*’ THEOD. THEOL. Conr. 5 p. 217^b,54 dominus . . . non tam -u linguae quam ipse coepit opere clamare illud divinitus reductum ante oculos mentis suae: ‘*eqs.*’ *saepius. facultas loquendi, oratio – Sprachvermögen, Sprache: MIRAC.* Bert. 4 p. 511,26 fratres . . . intellegentes ei (*sc. aegroto*) a Domino . . . concessum esse auditum et -um . . . Deo grates . . . referebant. 2 *dicio, lex – Gewalt, Gesetz: BONIF.* carm. 2,6 sub excelsi -u omnia saecula diu tuta tenent iusti.

2. **fatus** *v.* for.

fatuus, -a, -um. *script. va-: l. 26. pendet in: l. 33. 1 strictius i. q. stultus, hebes, vecors – einfältig, töricht, dumm: a adi.: a de anim.: RADBERT. corp. Dom. 21,183 virgines, inquam, sed prudentes et pudicas, quia sunt et -ae intus in animo (CHRON. Ebersb. II p. 6^a,57 v-ae virgines). GUIDO ARET. prol. antiph. 3 super omnes homines -i (facti, statuti, miseri sim. var. l.) sunt cantores. ALBERT. M. animal. 23,119 haec avis (*sc. phasianus*) -a est et facile decipitur. animal. quaest. 18,4^c caput. quare sapientes . . . ut plurimum generant filios -os. *saepius. imperitus, rufus – unwissend, unerfahren: CHART.* march. Misn. II 55 p. 48,27 (spur. s. XII^{med.}) quamvis in ecclesiasticis rebus adhuc essem tener et -us. **b de rebus:** WALTH. SPIR. Christoph. I 15 que olim -is armatę facibus . . . ad iuvenum preparabant amplexus, . . . obviam spundo accensis fecit ire lampadibus. OTTO FRISING. gest. 1,57 pro contumaci fatuitate vel -a contumacia sua puniendus Sigerio abbatii . . . commissus . . . vitam . . . finivit *Eum.* ALBERT. M. animal. 8,194 -o regno, quod non sibi providet, magis assimilatur regnum vespae quam apis. *ficus -a i. q. sycomorus – Maulbeerfeige (per pravam interpr., quasi a μωρός ductum sit; cf. Greg. M. moral. 27,79; aliter: l. 55): GLOSS. med. cod. Trev. p. 139,19 sicomorus, id est serte -e fici fructus, et dicitur ficus -a, moro similis, sicos ficus et moro graece latine -us dicitur. THEOD. TRUD. Bav. 4 Zachaeus . . . sycomorum, quae ficus -a dicitur, ascendit. ALPHITA I p. 314,9 siccomorus, id est ficcus -a. **b subst.: a masc.: VITA Liutg. I 27 p. 73,22 quam (vitam) ipse, dum a -is (rusticis var. l.) contemplernetur, a Domino impetraverit. GODESC. SAXO theol. 7 p. 192,16 simplices et -i possunt nescienter ab hereticis decipi. al. v. et l. 9. **b neutr.: MILO** carm. 1,6,3,154 si liceat -is conferre benigna. MANEG. c. Wolfh. 7 p. 58,2 in presentia sua (*sc. Spiritus*) nichil -um vel inutile esse potest. 2 *latius i. q. infruktuosus, steriles – unfruchtbar: CARM. Bur. 26,1,12 in te succidi metue radices ficus -e, cum fructus nullos atteras. ficus -a i. q. ficus silvestris, caprificus – Wilder Feigenbaum (aliter: l. 40): ALBERT.* M. veget. 1,164 tam domesticarum quam hortensium quam etiam silvestrium quaedam faciunt fructum . . . et quadam non, sicut salix et oleaster et ficus -a (v. *notam ed.*, et *ind. p. 716*). 6,103 quae (*sc. arbor*) ficus -a vocatur et celsa latine dicitur. 7,168 animal. 17,31 differentia . . . inter arbores fructiferas et steriles, quae sunt eiusdem formae et figurae, sicut est oleaster agrestis et oliva fructifera et sicut ortensis fructifera et ficus -a agrestis. 23,97.****

adv. fatue. *stulte – töricht, dumm: PAX Valenc. 25 quicunque -e loquetur contra homines pacis dicens: ‘vos homines pacis estis periuri’. HONOR. III. registr. 227 p. 156,37 plures . . . -e cogitantes, quod manus eorum excelsa et non Deus omnia hec fecisset, dissoluti sunt. CHRON. reg. cont. IV a. 1235 p. 266,39 si quis sua bona mimis . . . -e largiatur.*

1. **fava** *v.* faba.

2. **fava** *v.* fagus.

favaria *v.* fabaria.

***favarola**, -ae *f.* (cf. francog. faverole, féverole) *Vicia faba (L.) – Pferde-, Fäberbohne: BERNH. PROV. comm. 6,1 p. 289,29 de provocantibus sudorem colupna prima de herbis: malva, bismalva . . . branca ursina, volubilis, -a, cinoglossa, radix lili . . . ungula caballina, memitha, hec IX . . . in fomentis circa pedes factis provocant sudorem.*

***favatinus** *v.* *fabatinus. **favatus** *v.* fabatus.

fauerna *v.* *falterna.

fauktor *v.* fautor.

10 **favea** (fabra), -ae *f.* *puella, filia – Mädchen, Tochter: FORM.* Augiens. B 24 quod ego fabram (*v. notam ed.*) tuam aut neptam tuam . . . accepisse.

favello *v.* fabello.

?**faventia**, -ae *f.* *gratia, favor – Gunst: AETHICUS* p. 207,13 o celeberrima natorum -a fetosa, ope et viribus inclita

15 Macedonia, habes Olimphum.

faveo, favi, fautum, -ere. *script.: va-: DIPL. Karoli III. 29 (cod.). fabe-: l. 36,58. depon-: l. 66. struct. notabiliores: c. gen.: p. 103,39(dub.), 40. c. acc.: p. 103,29sqq. al. c. praep.: ad: p. 103,15. adde THIETM. chron. 5,40. 6,43. in: l. 20 33,69. p. 103,17. acc. c. inf.: p. 103,7,19. ut: p. 103,24. metr. favente: HROTSV. gest. 44. partic. praes. *usu subst.: l. 30,60. adde LEG. Wisig. 12,2,14 p. 423,8. confunditur c. fovere: l. 30, p. 103,27sqq.**

I bene velle, propitium esse, subsidium ferre, auxiliari – (zu)geneigt, gewogen, günstig gesinnt sein, Förderung zukommen lassen, helfen: A strictius: 1 gener.: a de hominibus: a in univ.: LEG. Wisig. 12,2,14 p. 423,8 locuplex remuneratio christianis -entibus hic et in eternum copiosa proveniat.

RADBERT. corp. Dom. prol. ad Warinum l. 12 ut iustitiae -entibus (foventibus, facientibus var. l.) moris est. AGIUS comput. 1,37 precor hac huic operi vos mente -ere, quo me hac (*sic?*) animo composuisse scio. CARM. imag. 10,1,19 quisquis in hoc (*sc. opere mutationis in melius*) -at, communia premia sumat. DIPL. Heinr. II. 44 advocatum . . . stabilitati -entem securę perquirant (*sc. abbatisa et ministeriales*). CHART. Brixin. 74 p. 81,14 sibi invicem . . . episcopus et comes fabebunt et asstabunt. *saepius. in formulis chartarum: DIPL. Ludow.*

Germ. 13 p. 15,25 Hludouuicus d i v i n a -ente gratia rex (*persaepe; sim. DIPL. Ludow. Germ. 68 p. 95,40 d. -ente clementia. persaepe*). DIPL. Karoli M. 232 p. 319,6 (spur.) viri

40 cum . . . coniuge nostra Hildegarda, ea obnoxie astipulante et -ente, celsitudinis nostrę culmen adierunt (*sim. 231 p. 316,31 [spur.] Hildegarda regina -ente et Keroldo comite . . . rogante*). **B c. notione favorem ostendendi:** CARM. Bur. 102,2,1 temptat

45 Paris Tyndaridem, -ei illa, relinquit Atridem. 178,3,2 que cupit, ut placeat, huic placeam; ipsa prior -at, ut -am. **γ indulgere, servire – willfahren, dienen:** IONAS BOB. Ved. 7 p. 315,3 non quod . . . gulae -erit (fuerat var. l.), sed quo adunatam ad regis

prandium turbam suis salubribus doctrinis edocerit. **δ ore -ere**

50 *i. q. silere, tacere – schweigen: TRANSL. sang. Dom. in Aug. 11 cunctis . . . ore -entibus huiusmodi dictis eos (missos) compellare memoratur imperator: ‘eqs.’ **b de rebus:** ALCUIN.*

carm. 9,182 hostibus expulsi moenia vestra -ent. THIETM. chron. 5,11 nullum . . . eis (*sc. Heinrico cum primis*) patefecit

55 dux Reno -ente ingressum. CHART. Traiect. 306 p. 281,15 (dipl. Heinr. V.) comitatum prepositis . . . -ente et assistente eis iure . . . confirmavimus. *al. 2 publ. et iur.: LEG. Wisig. 7,4,6 si -ens (fab- var. l.) criminibus non vindicaverit index innocentem et absolverit criminosum.* CAPIT. reg. Franc. 243,4 omnes

60 -entes facinori eius (*feminae*). *de praecipuo iure emendi: ACTA civ. Rost. A I 1,430 p. 60 (s. XIII^{med.}) si potest Petrus redimere domum, debet sibi (avunculo) -ere melius quam alteri, et vult vendere aream, debet avunculo suo melius -ere quam alteri. **B latius i. q. adhaerere, deditum esse, obsequi***

65 - anhängen, ergeben sein, Folge leisten: VITA Elig. 2,37 p. 721,31 cum episcopi . . . partibus reginae -rent (-rent var. l.; ANNAL. Ful. II a. 842 p. 33,10 quae [*civitates*] p. Hlutharii -bant. *al. cf. p. 103,39. sim. RADBERT. Arsen. 2,8 p. 70,12 si vellet -ere illis in p.)* DIPL. Ludow. Inf. 20 p. 126,16 Pernharto . . . invasori -it Salomon. REGINO chron. a. 787 p. 55,41

70 apostolicus . . . anathematizavit . . . Tassilonem et omnes illi -entes. CARM. Bur. 11,3 nummo venalis -et (facit, patet var. l.)

ordo pontificalis. *al.*

QUERF. Adalb. A 11 p. 12,19 aborsum -ens, quo caro trahit, omni annis festinans sursum, quo spiritus vocat. EPIST. Reinh. 11 p. 12,1 sorori . . . de Egipto -enti (fuenti cod.) ocurratis (sic; sc. conventus). in ludo scacorum: CARM. var. III C 8,57 quilibet hic ruerit, non ultra -ere fas est; tollitur e medio. **b** in iunctura e saeculo -ere: CHART. Raitenh. 27 p. 29,16 (epist. papae a. 1180) laicos e seculo -entes . . . ad conversionem recipere (item 75 p. 75,41. 272 p. 220,7). **c** se convertere (ad), adire - sich wenden (an), Zufucht nehmen (zu): HRABAN. carm. 39,92,4 o Deus . . . , miser ego quid faciam, tunc ubi atque -am, cum tremet mundi machina? WIDUK. gest. 1,8 p. 9,13 sub vestrae (sc. Saxonum) virtutis alas -ere quaerimus (sc. Brettii). ALEX. MIN. apoc. 10 p. 205,28 ut ad medicum -ant infecti. CARM. Bur. 41,27,6 ipse (Petrus Papiensis) solus mare mollit, et ad ipsum -itur. al. v. et p. 532,34. **d** non venire, non adire - wegbleiben, abwesend sein: THIETM. chron. 6,31 hunc (episcopum) . . . ob dignitatis nullatenus adipiscendae dolorem -isse. e demergi - binabsinken (in) (in loco corrupto vel per pravam interpr.): TRACT. de caus. mul. 35 inoccia via animae fugius contingit (in arcana anime fuiens contigit var. l.; cf. Hippocr. mul. 2,131 sed. Littré VIII. p. 278,16) ὀλυγοψυχήν λαμβάνει. 3 per confusionem i. q. fungi - wirken, regieren: EPIST. pont. Rom. 427 p. 819,31 (spur. 1058/1136) hoc nostri est officii, nostri, inquam, vice sanctissimi Petri -entis.

B subi. res: 1 corpor.: **a** in univ.: WALTH. SPIR. Christoph. II 4,178 discussa -erunt sidera nocte. in imag.: WALTH. SPIR. Christoph. II 5,92 nebula -ente iocorum. **b** de armis: **a** (celeriter) penetrare, transire - (rasch) durchdringen: EUPOLEMUS 2,156 -ente per ilia pilo. **b** dimitti, relaxari - sich lösen (von), fallen (aus): v. p. 530,24. **c** amanere, abesse - fernbleiben: IONAS BOB. Columb. 1,13 p. 174,5 fugebat (a. corr. A 1a, -bat rell.) imber a sege (segetem B), et undique pluvia diffundebantur. 2 incorpor. vel spirit. i. q. effluere, praeterire, avolare - (ent-, dahin)schwinden, zerrinnen, ver- gehen: **a** gener.: **a** in univ.: PAUL. DIAC. carm. 29,8 lumine de quarum (gemmarum) nox tibi (sc. Galliae) . . . -it. DICUIL. epist. cens. 2 (Cod. Paris. N. A. 1645 f. 7v) annus bis nōnus post . . . conceptum Domini -ens. WALAHFR. Blaithm. 92 vita -ente. Mamm. 12,17 -it ocium omne, quod tolerant (sc. martyres). POETA SAXO 5,414 Carolo moriente . . . honor -it et interiit. CARM. pro schola Wirz. 244 velox ut ventus fuget (v. notam ed.) omnis . . . iuventus. saepe. **b** se vertere (in) - übergehen (in, nach): WALAHFR. carm. 32,11 quaque serena putas, magis haec in nubila tristes et tenēbras -unt. ELIAS SAL. mus. 18 p. 37a qui (nonus 'saeculorum amen'), quando sentit incipere cantum . . . inchoantem in C, -it de F in a. per compar. de translatione imperii: OTTO FRISING. chron. 5,36 p. 260,31 quod (regnum) ab oriente ad occidentem tanquam -ens statum et requiem invenisse putabatur. **b** alch. i. q. evanesce- re, dispergi - entweichen, sich verflüchtigen: TURBA phil. 13 p. 122,19 Ethelie dicitur lapis alba et aes album, et ab igne -ens, qui solus aes dealbat. ALBERT. M. miner. 4,8 p. 94b,46 argen- tum . . . vivum . . . -it ab ipso (ferro) sicut ex caeteris metallis. GEBER. summ. 17 p. 306 ipsos (spiritus) non fixos corporibus . . . adhaerere non est possibile, immo -unt. 49 p. 440 non . . . haec (corpora) cum fugitiva sint, possunt illud (argentum vi- vum) in ignis pugna tenere, quoque ad corporis naturam per- veniat, sed -unt secum per ignis intensionem. al.

II trans.: **A** aufgeregere, evitare, declinare - (ent)fliehen, umgeben, (zu) meiden (suchen), sich fernhalten (von): 1 subi. homines (anima: p. 530,18; animalia: p. 530,70): **a** obi. anim.: **a** praevalente respectu fugae: LEX Raet. Cur. 18,8 si colonus dominum suum -erit (-ierit B). CONC. Karol. A app. 10 p. 856,37 (spur.) si quis ingenuus aut servus dominum -ens eqs. saepe. v. et p. 530,70. **b** praevalente respectu se segregandi, alias vitandi: VITA Galli I 3 p. 252,20 ego fugebam omnes notos . . . meos in hanc solitudinem (in struct. contam. vel in zeugmate). ADAM gest. 3,38 p. 181,2 ut . . . ceu leo -retur metropolitanus. EPIST. Ratisb. 19 p. 339,31 ipse fui -ens, ipse fui persequens, ipse me -i, ipse me comprehendere volui. VITA Heinr. IV. 9 p. 31,19sq. cur -is non -endum, cur -is patrem tu-

um? IDUNG. PRUF. dial. 1,883 qui prohibet sequi preceptum, tamquam malus pater -endus est. saepe. **y** praevalente res- pectu relinquendi ('verlassen'; de daemone): CARM. de Germ. 1,62,1 daemon -it aliam, quam invaserat. **b** obi. res (in- corpor. vel spirit.): ALDH. virg. II 1178 ut . . . vitarent pectore naevum et maculam Veneris pullam cum corde -issent (codd.; -isset S¹ [-N- suprascr. m².] p; fugarent p. corr. S; fugassent ed.) Chrisantus et Daria. ARBEO Corb. 9 honorem (WETT. Gall. 15. IDUNG. PRUF. argum. 46. al.). RHYTHM. 35,12,3 per- petuam mortem -ite (sc. christiani). WALAHFR. Wett. 226 nul- la relinquentes (sc. daemones) -endi (fugendi R) dona pavorem. ALFAN. premn. phys. 1,28 p. 10 haec (sc. terrena) -ere (PG 40, 513⁴ φεύγειν). EPIST. Ratisb. 22 p. 349,1 omne . . . turpe -en- dum (fugendum cod.) est. persaep. pendet inf.: WALAHFR. 15 Mamm. 10,12 magicas si pandere fraudes . . . -is. EPIST. Hildesh. 134,17 ali sunt, qui honeste composita . . . velut spinas . . . calcare -unt. al. usu philos.: ALBERT. M. anim. 3,3,3 p. 212, 15 quae (pars animae) . . . praesens tristabile -it. ibid. al. v. et p. 531,28. 2 subi. res: **a** in univ. (in imag.): ANNAL. Frising. 20 a. 1085 qui (sc. monachus crematus) . . . pervenit ad aquam Mo- saha, ut se refrigeraret, sed igne aque frigus usque ad cor -ente mortuus est. **b** elabi - entgleiten, 'auskommen': LEX Saxon. 59 si ferrum manu elapsum hominem percusserit, ab eo, cuius manum (manu Sp) -erat (fuerat Sp), conponatur. **c** refugere - entgehen: CHART. Brixin. 115 (a. 1246) res geste memoriam -unt, nisi litteris alligantur (item CHART. Raitenh. 195).

B fugare - in die Flucht schlagen, vertreiben (cf. ThLL. VI/1. p. 1476,8sq.): THIETM. chron. 7,45 p. 452,26 sui (sc. regis Saraceni) . . . omnes convenienti et . . . irruunt hostes eos- que mox -entes (fugantes CHRON. Thietm.) . . . prosternunt. v. et p. 532,65.

C in tuto collocare, conferre - in Sicherheit bringen, 'flüchten': OTTO MOR. hist. p. 13,10 Laudensium . . . alii suas uxores et filios cum ipsorum mobilia timore Alamanorum ad Pizi- ghitonem -erant (-terunt M), alii eqs.

adi. fugiens, -entis. qui fugit, fugitivus - fliehend, flüch- tig: 1 proprie: LEX Alam. 82 si quis fugitivum (-em B 18) ser- dum alterius susciperit. WETT. Gall. 35 p. 276,29 veniens hostis persequendo populi -is vestigia (sim. VITA Heinr. IV. 4 p. 19,1 40 -is vulgi. al.). WALTHARIUS 403 si quis mihi (sc. regi) Waltherium -em afferat evinctum. 419 Waltherius -s. HROTSV. gest. 287 Gislberhtus . . . -s . . . mergitur undis. THIETM. chron. 7,18 cum hostes solus -es insequeretur Hodo. persaep. 2 trans- late: v. p. 531,26.

45 **subst. fugiens**, -entis m. (?f.: l. 46) fugitivus - Flüchtlings: LEX Alam. 24 capit. p. 40 de his, qui -em straniu (1; gentem extraneam 4; extraneos 6,7) invitaverit (in loco corrupto, ut vid.). WETT. Gall. 37 p. 278,5 caterva -ium in Arbonensem pagum congregata est. POETA SAXO 1,260 rex . . . -tum terga secutus prostravit multos autores criminis. THIETM. chron. 8,32 multitudo -cium. BERTH. chron. B a. 1078 p. 334,5 instantes Saxones . . . -bus. VITA Heinr. IV. 12 p. 39,5 filius ducis terga cum suis vertit, . . . nec tam ut -ens periculum vitaret, quam ut sequentes in periculum deduceret; hi . . . -entes persequen- tur. ANNAL. Mell. Vind. I a. 1273 p. 705,10 rex Boemie . . . fu- gentes sequitur. persaep.

*fugitio, -onis f. (fugere) fuga - Flucht: GREG. CAT. chron. II p. 277,34 (epist.) causa -is eorum (hominum monas- terii) cum facultatibus ecclesie.

60 **fugitivus**, -a, -um. script.: fig-: p. 531,37. 57. 66. figur-: p. 531,66. futiv(us): p. 532,8. fugiv(us): p. 531,12. 72. adde LEX Alam. 3,2 (A 8). al. -tibus: LEG. Wisig. 9 tit. 12 p. 351. ibid. al. confunditur c. furtivus: l. 68. p. 531,59.

I adi. i. q. profugus, discedens, vagabundus - fliehend, das Weite suchend, flüchtig: A spectat ad homines (animalia: l. 69. p. 531,4. v. et p. 531,60): 1 proprie vel in imag.: **a** in univ.: CONC. Karol. A 16A,1 ut nullus a provincia sua mancipium limine venundare vel proprium vel -um (furtivum var. l.) presumpserit. LEX Frision. add. 7tit. de rebus -is: si servus aut ancilla . . . aut bos aut quodlibet animal fugiens dominum suum ab alio fuerit receptum. WALAHFR. Gall. 2 capit. 25 p. 312 -us monachus. GERH. AUGUST. Udalr. 1,12 l. 131 -as barbarorum

acies sequendo rex eqs. ALBERT. METT. div. temp. 2,15 hic (*servus*) . . . domino suo multis diebus -us erat. CONST. Melf. 1,52,1 punientes *iustitiarii* . . . homicidas per nemora . . . os. 3, 54 p. 424,6 neminem posse -a (-e V₂) animalia sua perdere, si a nemine capta fuerint. *persaepe. v. et l. 60. p. 528,54,533,37. vol. II. p. 950,28 (cf. l. 49sqq. [in imag.]).* b in iunctura -os pedes (acc. *absol.* *l'fliebenden Fußes*); cf. A. Uddholm, *Formulae Marculfi. 1953. p. 105 et Dt. Rechtsbw. III. 1106q. s. v. 'Fuß s. c.'*: FORM. Marculfi 1,38 dum diceret (*sc. interpellator*), quasi servo suo . . . -us (-os var. l.) pedes recipisset (*sc. accusatus*) . . . , ad haec prefatus illi omnia haec . . . visus est denegasse, quod nec ipso servo -us (-os, fugivos var. l.) pedes nec rauba sua . . . recipisset eqs. LEX Sal. Merov. caus. 7,3 si quis homo mancipia aliena pedes -os recolligerit. c extra patriam degens, extorris – außer Landes lebend, landesflüchtig: DIPL. Karoli M. 187 quando infidelis et -us apparuit Aio (cf. p. 528,60). v. et p. 389,71. d absens, se subtrahens (*iudicio*; cf. ThLL. VI/1. p. 1495,27sq.) – abwesend, sich (*dem Gericht*) entziehend, säumig (*usu publ. et iur.*): CONST. Melf. 1,38,2 p. 194,22 in presentes adversarios vel contumaciter -os, qui . . . ad requisitionem . . . citari debebunt. CHART. Tirol. notar. II 241 iusticiarius . . . dixit, quod ipse non cepisset Oliverium nec Morunchum apud dominam Ceciliam . . . , qui (*sic*) -a erat, nec quod ipsa domina Cecilia ibi non esset, dum eos capuit. 2 translate: ALBERT. M. eth. I 629 p. 538,50 ille, . . . 'qui' est . . . 'fugiens (p. 1148^a,7 φεύγων)', idest -us, 'tristium' et pravorum. usu philos. de virtute animae: ALBERT. M. anim. 3,33 p. 212,21 eiusdem (*potentiae*) 'est' fugere et persequi . . . 'et non alterum appetitivum et -um (p. 431^a,13 τὸ . . . φευκτικόν)'; . . . quod . . . idem est esse appetitivum et -um, dico . . . , utrumque appetitivae animae et utrumque est pars animae sensibilis.

B spectat ad res: 1 *proprie i. q. celer, currens – rasch (fließend, gleitend), munter*: PASS. Mauric. 57 -a . . . quem (*Leemannum lacum*) motibus unda permiscet Rodani vivacibus. CARM. Ratib. 40,8 ut scribas penna te decipiens -a. 2 translate: a *fugax, caducus, inanis – vergänglich, hinfällig, flüchtig*: a gener.: FORM. Marculfi 2,2 de gaudia -a (fi. var. l.) lucrare. CHART. Sangall. A 90 nihil valet cuiquam lux -a, nisi quantum poterit de presentia mercari aeterna. CAND. FULD. Egil. II 14,31 -a potestas saecli. WIPO gest. prol. p. 4,17 rerum labentium -am memoriam litterarum vinculis connectere. CHART. Stir. II 153 scriptis dignum duxi commemorandum, quod fluxu temporis pertimesco -um. CHART. Sil. D I 320 -e possessionis Christum . . . eligunt *fidei cultores* successorem. al. b alch. i. q. evanescens – sich verflüchtigend: ALLEG. sapient. 18 p. 475^b,60 cum decoctione lenta accipitur anima -a et tinctoria. GEBER. summ. 17 p. 308 ex substantia . . . -a argenti vivi. 24 p. 323 spiritus -us. saepe. v. et p. 529,57. in nomine ficticio servus -us de argento vivo: GEBER. clar. 1,57 ut servus -us sit mortuus cum sale et cum venere. ALBERT. M. miner. 4,8 p. 95^a,3 propter . . . fugacem humiditatem, quam habet argentum vivum, vocat ipsum Hermes servum -um. Ps. GERH. CREM. Sal. I 19 p. 24,9 in successione et est mercurius acetum attrahens . . . et servus -us. al. b occultus, secretus – verborgen, geheim: WALAHFR. Blaithm. 82 -o calle . . . temptare viam. c instabilis – schwankend, unsicher: HILDEG. epist. 47 haec (*sc. visionis*) -a (fi. edd. priores ex Hm) scala in fatigazione est, quia interdum ad ardua scandit et interdum obtenebratur. 3 per confusionem: CONC. Karol. A 16A^a,2 ut nullus furtivam (-am V₁) rem tam in equis et quadrupedibus quam in reliqua subpellectilia . . . venundare (*sc. praesumpserit*).

II subst. (pendet a[b] /cf. ThLL. VI/1. p. 1497,43/: p. 532, 11): A masc. i. q. profugus, desertor – Flüchtlings, Davongelaufener, Ausreißer: 1 in univ.: LEX Alam. 3,1 si quis homo aliquem persequens -um, aut liberum aut servum eqs. SERMO de sacril. 20 quicumque propter -os (figu- cod.) petatia aliqua scribit. CAPIT. reg. Franc. 95,16 de -is, partibus Beneventi . . . vel Pentapoli qui confugium faciunt, ut reddantur. WALAHFR. Blaithm. 87 superveniens -is turba sequentum. BERTH. chron. B. a. 1078 p. 316,18 cum . . . ad aeclesiam, ubi -us latuit, per ventum est. saepe. 2 de servis, mancipiis sim.: LEG. Bur- gund. Rom. 31,1 de repertis -is (fugivis A₂). DIPL. Heinr. IV.

476 p. 649,32 qui censum . . . persolvit, hic si extra potestatem fugerit . . . , advocatus . . . -um atque rebellem ad curtum propriam constringat. ORTL. chron. 1,9 p. 46,3 quod aut -os sustineamus aut eqs. saepe. v. et p. 528,36,533,34,35. per compar.: 5 GODESC. SAXO theol. 22 p. 312,11 quare non . . . falcem metu- illam, quam habet Deus in manu sua, ne velut -i sui concidat . . . crura tua. 3 de ecclesiasticis, religiosis sim.: CONC. Karol. A 36,31 de -is (futivis, fugivis var. l.) clericis: ut unusquisque episopus in sua paroecia . . . clericos inquirat, unde sint, 10 et, si aliquem -um invenerit eqs. EPIST. Ratisb. 6 p. 293,23 a sua ecclesia, ubi ministrare debent, -i. HEINR. LETT. chron. 13, 2 p. 67,12 fratrem tanquam -um persequentes in Ydumea con- prehendunt fratres militiae. saepe. remissius: CHART. Schoental. 3 (Mon. Boica XXVI p. 5,3; epist. papae a. 1253) 15 quod quidam eorum (eremitarum) ordinis -i . . . heremitoria construunt contra dicti ordinis instituta. 4 de absentia (audi- entia, causa sim.; cf. p. 531,17sqq.): CHART. Tirol. notar. II 66 (a. 1242) quod ipsi (assessori) mendet quilibet eorum (*sc. qui non venerunt*) V libras, et quod iusticiarii illo creditori iustici- am faciant de ipsis, qui sunt -i. B neutr.: 1 philos. i. q. fa- cultas fugiendi, declinandi – Fähigkeit zu meiden, abzulehnen: v. p. 531,29. 2 alch. i. quod effugit – Flüchtiges: Ps. ARIST. magist. p. 646^a,55 sublima -um. ANON. secret. p. 65,10 proprietas . . . eorum (atramentorum) est . . . -a retinere. 25 adv. *fugitive. fugiendo – fliehender Weise, auf der Flucht: ARNULF. delic. 177 cur -e tuum vis evitare locellum (spectat ad Vulg. prov. 27,8)? LEG. Lang. p. 409^b,4 quod ei (Iohanni) Petrus servus tuus (*sc. Martini*) in fuga positus res mobiles . . . -e abstulit. v. et p. 531,4. 30 fugito, -avi, -are. struct. c. praep.: ad: l. 34. ante: l. 41. per: l. 39. adde BERNOLD. CONST. chron. a. 1086 p. 459,16. al. 1 intrans. i. q. (con)fugere – fliehen, flüchten, sich absetzen: a proprie et in imag.: VITA Pard. 18 (MGMer. VII p. 36,13) unus ex ipsis (carpentarii) . . . ad virum Dei -ans (fugiens 1) eqs. CAPIT. reg. Franc. 25,4 qui . . . -ando de comitatu ad aliud comitatu se . . . distulerit. PRUD. TREC. annal. a. 839 p. 35,13 his (*infidelibus*) in diversa vagantibus sparsimque . . . -antibus. HERM. AUGIENS. chron. a. 628 Godinus . . . Lothario perse- quente per diversa -ans. BERTH. chron. B a. 1078 p. 334,3 ipse (exercitus) in diversa -ando eqs. CHART. Lux. I 401 p. 579,37 lepusculus . . . ante faciem frigoris . . . -ans (ex Herb. Clar.). saepe. b translate i. q. evanescere – sich verflüchtigen, ent- gleiten, schwinden: WALAHFR. Mamm. 20,30 conlata prius coepit -are potestas. 2 trans. i. q. vitare – meiden: EKKEH. 45 IV. cas. 58 p. 126,27 cum . . . sociorum -asset Uodalricus ludira- cra. ECBASIA capt. 812 somnus te (*sc. leonem*) -at. al. adi. fugitans, -antis. 1 aversus – abhold: FOLCUIN. Lob. 25 p. 66,13 Hucbertus frater patiens laboris et -s quietis. CONR. EBERB. exord. 5,17 l. 190 frater . . . disciplinae -s. al. 2 vagus – unstet: CARM. Bur. 154,5 (cod. M) inspiens, -s . . . mittit Amor . . . sagittas. subst. fugitans, -antis m. qui fugit – der Fliehende, Flüchtlings: BERTH. chron. B a. 1080 p. 377,9 donec nox . . . -es et persequentes in hoc articulo belligantes diremisset. GESTA 55 Ern. duc. I 2,509 Grippenses . . . insequuntur -es. saepe. fugium v. subterfugium. [fugius v. fugio: p. 529,20.] fugo, -avi, -atum, -are. usu medial.: p. 533,20,22. fort. add.: p. 528,54; mediopass.: p. 533,7. partic. usu subst.: praes.: l. 71. perf.: l. 68. 60 1 propellere, abigere, averttere – vertreiben, (fort)jagen, in die Flucht schlagen: a proprie (subi. Deus: l. 66. al.; res: l. 63, 67; in imag.: l. 64. al.): a in univ.: ANTIDOT. Sangall. p. 95, 11 ad -andos serpentes. WANDALB. hor. 9 Geminis Sole ex cresc- ente -tis. POETA SAXO 1,146 quos (*Saxones*) non hostes, non arma -arunt (fugerunt a. corr. G 1). 2,120 longe. THIETM. chron. 2,8 Deus . . . -vit turbam perfidorum. 4,59 tonitrus . . . caetos (*milites*) . . . -ans. 8,31 ab amne. VITA Heinr. IV. 3 p. 15,10sq. licet . . . victos -ret, -tos persequeretur. 11 p. 36,7 ut fugeres, qui patrem -asti. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 115,25 avium rapacium persequantium illa, que fugit, porrigit pedes suos -anti. persaepe. v. et p. 528,54 (*ni subest usus medial.*). b patria pellere, relegare, in exsilium mittere – aus der Heimat

vertreiben, verbannen: ANNAL. Xant. a. 870 regem eorum (*Margorum*) -verunt *Karlmannus et Karlus*. POETA SAXO 1, 126 Desiderium . . . -vit. THIETM. chron. 2,12 Stoingneum . . . decollari precepit rex, confratres . . . -vit. 7,37 rex Anglorum multo tempore ab eodem (*Danorum rege*) -tus . . . patriam . . . revisit. *saepe.* b translate i. q. tollere, reprimere, discutere -zunichte machen, aufheben, austreiben (*mediopass. i. q. desinere, evanescere – aufhören, nachlassen*): WETT. Gall. 33 dentum dolores ex . . . caerae impressione -ti sunt. CAND. FULD. Egil. I 9 p. 226,37 -to mendacio. PASS. Petri et Pauli 188 ipsius (*Simonis magi*) . . . vitam mors fugienda -at. HROTSV. Mar. 702 Egipti tenebras . . . quo . . . per se . . . -ret Christus (sim. WALTH. SPIR. Christoph. II 6,221 tenebris fidei splendore -tis). GERH. AUGUST. Udalr. 1,9 l. 177 quem (*iaspidem*) dicunt omnia fantasmata -are. ACTA reg. Burgund. 77 si . . . indigentiam nostrae opis . . . -amus auxilio. al. 2 fugere -fliehen (cf. ThLL. VI/1. p. 1498,35sqq.): a proprie i. q. confugere -flüchten (*usu medial.; act.: l.20*): ANSEG. coll. 3 capit. 21 (MGCapit. N. S. I p. 566; s. IX.) de his, qui propter propriam iustitiam dilatandam -antur (-ant, fugiunt, fungantur, fatigantur, faguntur var. l. item 3,21 [p. 581,9]). WIDUK. gest. 1,34. p. 47,20 fulmine . . . tortores tacti . . . ab eo (*Vito*) -antur (fugiantur C2). fort. *huc spectat:* p. 528,54. b translate i. q. declinare -meiden: VITA Burch. Worm. 17 quomodo . . . humanas . . . laudes vitando -asset (vitaret var. l.). v. et p. 530,7. 3 in *tuto collocare, conferre – in Sicherheit bringen, flüchten*: ANNAL. Altah. a. 1041 p. 26,35 ut neque -ta essent pecora. HERM. SANGALL. Wibor. 1,34 p. 200,14 autumantes *Üngri* omnem thesaurum eo loci -tum esse. obi. homines ('zur Flucht verhelfen'): SALIMB. chron. p. 398,12 -bis (sc. guardianus) me (sc. legatum) et perduces ad locum securum, ne capiar a Conrado.

subst. *fugatus*, -i m. *fugitivus – Flüchtlings*: DIPL. Otton. I. 350 p. 481,25 si . . . iudex ipsos fugitivos suscepit et eos redere neglexerit . . . , pro unoquoque -o (fugitivo CAPIT. reg. Franc. 233,10) auri solidos septuaginta et duo componat.

**fulanus* (phu-), -i m. (arab. fulān; cf. Stotz, Handb. 1, IV § 41.1) ille (nomine nominando), talis sine nomine, *innominatus – ein Gewisser, ein Ungenannter*: BENZO ad Heinr. IV. 5,8 p. 476,20 (vs.) Taurinensi episcopo: o ph-e, presul magne (v. *notam ed.*)

fulbus v. *fulvus*. **fulca* v. 2. **furca*.

**fulcerea* (fluc-, fulf-), -ae f. vel **fulcrealis* (fulf-), -is m. vel f. (cf. anglosax. vet. folcfry, folcfrē sim.; cf. F. van der Rhee, Die germ. Wörter in den langob. Gesetzen. 1970. p. 59 sqq., spec. 60) ?abl. pl. -lis: l.57. *liber(a), ingenuus, ingenua, libertus, liberta – Freie(r), Freigelassene(r)*: EDICT. Roth. 216 si haldius cuiuscumque libera uxorem tuliter, id est -a (-am, fulfrea, fulfream, fluc- var. l.; cf. LEG. Lang. p. 349a,14 in hac lege 'fulfreal' pro libera nascendo ponitur et non liberta eqs.). 257 mulier libera (liberta var. l.) -a (fulfrea, -lis var. l.). LEG. Lang. p. 129,9 si quis servum suum fulfreal (fulf-e, fulf-is, fulf-em var. l.) thingaverit. p. 170,3 ut vadat liberi et absoluti fulf-is (fulf-es var. l.), tamquam si thingati fuissent (*inde* 468a,8 fulf-es). ibid. al. CHART. Ital. Ficker 79 p. 106,4 quatenus hab ac die inantea libero et obsoluto permaneas (sc. Berta), sicut aliis liberis vel libertis fulf-is, qui . . . tingati sunt.

fulcha v. 1. *furca*.

[*fulcheria* v. pulicaria: TRACT. de aegr. cur. p. 128,46.]

fulchrum v. *fulcrum*. [*fulciatorium* v. **fulcitorium*.]

**fulcicum*, -i n. vel -us, -i m. (fulcire) *canalis, ferula – Schiene, Stütze (usu chirurg.)*: GLOSS. Roger. I A,43 p. 711, 18 portet (sc. patiens) brachium cum . . . aliquibus -is vel fasciculis vel ligaturis ad collum.

[*fulcillum* v. **fucil(l)um*.]

fulcimen, -inis n. *interdum c. gen. explicativo, e. g. p. 534, 9,19,28sq.* *fulcrum – Stütze:* 1 proprie: TRANSL. Heliani (MemistorBenev. I. 1763. p. 205,12; s. VIII./IX.?) ad eius ecclesiam alienis humeris vehitur (sc. aegrotus) . . . sanusque effectus nullo baiulo aut -e domum regreditur. CARM. de nat. animal. 1194 si quis (*elephas*) pausare vult . . . , -n prebet arbor . . . sibi. v. et p. 593,57. 2 in imag.: EPIST. pont. Rom. 118 p. 207,

31 cum . . . ecclesiarum status a beatorum apostolorum principis Petri doctrinis provehatur et, ab eius -e lapsa (lapse B, labse 338 p. 659,18) que sunt, resolidantur (*inde* 338 p. 659,18 [ad eius -n pars codd.]; cf. Vulg. I Tim. 3,15). EPIST. Teg. I 25 p. 26,23 -n aecclesiae Dei (*i. ducem Heinricum*) . . . succubuisse . . . conquesti sumus. DIPL. Karoli M. 231 p. 316,18 (spur.) si . . . coenobia . . . nostrae tuitionis auctoritate et -e, in praecipitiū ne labantur, roboramus. TRANSL. Auct. 1 (prol.) ecclesia . . . -e reliquiarum sanctorum . . . roborata. al. 3 meton. de instrumento confirmationis: CHART. Sanblas. 230 l. 87 (a. 1181) ut monasterium . . . sue iusticie -n et monumentum haberet. CHART. Stir. IV 19 sigilli mei robore presentem paginam atque sigillis dominorum . . . super hoc -e confirmavi (sc. Hainricus).

4 translate: a *adminiculum, iuvamen – Unterstützung*; (Bei-)Hilfe: a gener.: LIBRI Karol. 4,21 p. 541,31sq. cum nec illa (*arca Domini*), ne rueret, eius (*Ozæ*) -e indiqueret (*spectat ad Vulg. II reg. 6,6*), nec ista (*religio*), ut firmius stet, illarum (*imaginum*) -e indigeat. EPIST. Teg. I 97 quapropter vestri -is atque oraminis . . . indigeo. c. gen. explicativo: EPIST. Teg. I 7 equorum. FROU. epist. 8 consolationis. al. B publ. et iur. in formulis chartarum: DIPL. Otton. I. 417 p. 569,32 quam (*capellam*) . . . locupletari nostro . . . -e cupientes abbatiam . . . condonare . . . decrevimus. DIPL. Otton. II. 36 premium . . . ad monasterium . . . nostro -e restaurandum . . . tradidimus.

CHART. Rhen. med. I 249 p. 306,6 ad -n et supplementum prebendę monachorum. al. b (con)firmatio – Bestätigung: CHART. Ulm. 42 p. 56,30 (a. 1239) ea, que fiunt, . . . consolidari debent -e scripturarum. CHART. Port. 257 p. 260,30 gesta . . . litterarum et testium -e perhennari. al.

30 *fulcimentum*, -i n. script. fulti-: l.49. c. gen. explicativo: l.50.58.p.535,8.13sqq. al. *fulcrum – Stütze:* 1 proprie: a gener.: a in univ.: RUP. TUIT. trin. 1,33 l. 1265 qui (*Deus*) firmavit terram nullum habentem -um nisi eqs. ALBERT. M. meteor. 3,2,7 p. 136,53 -a, quibus superior terra innititur. al. v. et p. 537,35. B de sustentaculo infirmorum: TRANSL. Adelph. 5 (MGScript. XV p. 295,11; s. IX.^{med.}) cum croceis seu brachiorum -is incedere. γ de trabe: CHART. Ioh. Ratisb. 15 (c. 1207/17) si . . . ecclesie sartatecta dilabuntur penitus, quod simul . . . corum -a putrefacta novi tegminis nequaquam sustinere possunt gravedinem. b *anat. de pede sim.* (cf. ALBERT. M. animal. 14,49 quatuor . . . pedes sunt sicut quatuor -a [cf. p. 689^b,19 Ερεισμάτων]): ALBERT. M. animal. 2,11 eo, quod tota corporis gravitas esset in medio et non esset directe super suum -um. 14,40 divaricati . . . pedes anteriores non bene portant corpus; . . . propter quod coniunctim infixa oportet esse anteriora -a. 20,48 magis apta est inferior pars materiae -is corporum, sicut sunt crura. ibid. al. 2 in imag., alleg., per compar.: ANSELM. Bis. rhet. 1,5 p. 113,1 vestre declinacioni placuit nos . . . quasi quoddam fult-um vestre substare ruine. VITA Agric. 36 quamdiu domus Dei harum (*columnarum caritatis*) -o sustentaretur. RUP. TUIT. trin. 9,36 l. 1534 ipse (*Ioseph*) 'lapis', id est -um, est 'Israel' (sim. GERHOH. Antichr. 1,2 p. 310,27; loci spectant ad Vulg. gen. 49,24). CARM. Bur. 122,2^a,3 plange regem, Anglia, nuda patrocinio, -o Gallia. CONR. EBER. exord. 3,26 l. 30 qui (*Deus*) . . . hanc columnam et -um inconcussum (*i. Balduinum episcopum*) sanctae ecclesiae . . . concessisset (cf. Vulg. Gal. 2,9). STATUT. ord. Teut. p. 54,20 compassionis . . . -um. saepe. 3 translate: a *adminiculum, munimentum, auxilium – (Unter-)Stützung, (Bei-)Hilfe*: a corpor.: BEDA hist. eccl. 3,17 p. 161,2 destiniam illam non . . . deforis in -um domus adposuerunt, sed eqs. CONSTANT. AFRIC. theor. 3,21 p. 12b^r que (sc. *canalis pulmonis*) divisio fuit necessaria, ut es- set -um . . . venis vias pectoris adeuntibus. HUGO HONAUG. hom. 1,1,1 in rebus corporeis substantia nominari potest, quae alteri substat . . . ad sui -um et sustentationem. ALBERT. M. animal. 4,51 'pes . . . sinister est magnus, et ideo fulcit brita totum corpus suum super sinistrum pedem, cum ambulat (cf. p. 530^a,9sq. ποιεῖται τὴν βάδισιν . . . ἐπὶ τούτῳ)', et utitur pede dextro . . . ad tractum et -um. al. B incorpor. vel spirit.: ALDH. virg. I 60 p. 322,9 mei . . . laboris fiat -um vestræ (sc. *sanctimonialium*) intercessionis adjumentum. HUBERT. Gud. 2 (MGScript. XV p. 1201,10; c. 1100?) corroboratus horum (sc.

scripturae) -o testimoniorum ... arripui onus iniunctum. CONST. imp. II 263,2 in fortune cesaree -um terciam partem proventuum ... iussimus exigendam. *saepe.* b *sustentatio, victus – Unterhalt, Ernährung:* CHART. Salem. 585 p. 202,19 (a. 1278) cum ... domina ... pro sui corporis -o possessiones suas ... in nostrum monasterium transtulisset. c *regula – Maßgabe:* CHART. Argent. I 279 p. 214,13 (a. 1242) vallato ... arbitrio secundum iuris -um. d *argumentum, confirmatio – Argument, Bekräftigung:* ALBERT. M. sent. 3,2,6 p. 28a,25 erroris sui -um poterat haeresis habere ... huiusmodi: eqs. e *corroboratio – Bestätigung, Beglaubigung (usu iur.):* CHART. Pomm. 784 p. 137,20 (a. 1265) in cuius rei ... -um ... et testimonium ... scriptum ... dari iussimus. c. gen. *explicativo:* EPIST. pont. Rom. 427 p. 820,7 (a. 1006) si ... nostre astipulationis apponamus -um. CHART. Wirt. 805 litterarum (CHART. Westph. 1296. sim. CHART. Wirt. 1034 scripti. CHART. Austr. sup. add. 13 scriptorum. al.). 1363 sigillorum. al. v. et p. 536, 29sq. f *ornamentum, commoditas – Ausstattung, Annehmlichkeit:* SABA MALASP. chron. 7,12 p. 281,13 accelerat rex suorum ordinamenta vasorum et preter apparatus innumeros galarum, tritarum et lignorum grossorum pro equis, que per totam Syciliam ... et Terram Laboris dolata sunt et contexta et fere omnibus -is ornata.

fulcinula v. *fuscinula.*

fulcio, fulsi, fultum (*vel -ivi, -itum*), -ire. *script. et form.:* flu-: FORM. Marculfi 2,47 (*A1*). fil-: FORM. Morb. 27 p. 337, 1 (*cod.*). fulsc-: p. 536,5. ?fultuit (*pro fulciat?*): p. 536,51. coniug. III. (*cf. Stotz, Handb. 4, VIII § 111*): indic. praes. -cunt: LIBER Theodolae 156. coni. imperf. -ceretur: l. 70. ?depon.: p. 536,2. usu medial.: *passim; mediopass.:* l. 40,41. 48; refl.: l. 38; *intrans.:* p. 536,4,49. fort. add.: p. 536,51; *absol.:* p. 536,14. struct. notabiliores: c. gen.: p. 536,69sqq. c. acc. Graeco q. d.: p. 536,1. c. *praep.:* de: l. 56. super: l. 41. p. 534,66. partic. perf. usu subst. f.: l. 51. confunditur c.: *farcire:* p. 536,64. fulgere: p. 536,47,49. fort. add.: p. 536,51.

sustentare, firmare, stabilire, corroborare, adiuvare – (unter)stützen, stärken, festigen: I *proprie:* A *spectat ad anim.*: WALTHARIUS 1184 arrepta se -it ... hasta. al. v. et p. 534,66. *mediopass. i. q. (in)niti – (sich) stützen (auf):* WALTHARIUS 393 nunc latus in dextrum -tus Attila nunc inque sinistrum. ALBERT. M. animal. 2,15 -itur (p. 498a, 11 ἀνακλίνεται) *elephas* super latus dextrum. B *spectat ad res (partes corporis: l. 46):* WALTH. SPIR. Christoph. II 2,39 cenacula -ta columnis. FROUM. epist. 55 est ... ecclesia ... furcis -ita, muris destructa. ALBERT. M. animal. 1,359 ut utequer *(nervus)* portet et -at et confortet alterum. al. v. et p. 554,42. *mediopass. expressius i. q. superpositum esse – stehen (auf):* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,51 columnis idola ... -ta.

II *in imag. vel alleg.:* A *gener.:* 1 *in univ.:* VITA Vulfr. 1 (MGMer. V p. 662,20) parentum hortatu ac suffragii amminiculio -tus. WALTHFR. carm. 74,5 tribus ... -ta (*i. fort. mus victrix*) membris (*in aenigmate*). EKKEH. IV. bened. I 33,77 *'floribus' hec (mulier) Poenum* (gloss.: Africanum) palpat (gloss.: concitat, si posset) -tum Cyprianum (*spectat ad Vulg. cant. 2,5; cf. notam ed.*). al. 2 c. *notione sublevandi:* PURCH. Wittig. 459 huius de cura cum sis (*sc. Augia*) de stercore -ta (*spectat ad Vulg. psalm. 112,7*). 3 c. *notione regendi, gubernandi:* HYMN. Hraban. 2,8 omnia ... tua (*sc. Dei*) sapientia condita -it. B *publ. et iur.:* CHART. Babenb. 90 (a. 1195) ut, que natura sua tendunt ad interitum, litterarum a m m i n i - c u l o -antur (CHART. Brixin. 90. sim. CHART. Raitenh. 172 scripture aminiculo). al. C *math. et geom. i. q. construere – aufbauen, errichten, 'konstruieren':* RADOLF. epist. 1 p. 515, 17 quia in Aritmethicis ... Boetius edocuit triangulos numeris -iri, nusquam tamen quadratos in triangulis resolvit (*spectat ad Boeth. arithm. 2,65qq.*). p. 515,23 sumo octonarium, ex quo -ire debo triangulum, quem ex diviso quadrato feci superius.

III *translate:* A *in univ.:* 1 *spectat ad anim.:* a *usu communi:* IONAS BOB. Ved. 2 p. 310,13 divino -tus auxilio. Ioh. 18 p. 340,12 quanto ... onora e ... -eretur (WANDALB. martyr. 24 honore. al.). TRANSL. Heliani (MGLang. p. 582,2) quorum (*martyrum*) precibus scias te (*sc. calstaldeum*) ...

munera larga -iri. VITA Agnet. 271 virgo ... -ita ... virtute. DIPL. Conr. I. 8 p. 9,14 si ... vitam ... subsidiis satagimus -iri (-ire a. corr.). VITA Burch. Wirz. 1 quatenus ... orationum emolumentis -amur (-amus V). CHART. Basil. A II 115 p. 155, 5 15 divino -sciti (*sc. episcopus*) adiutorio. persaepe. v. et p. 489, 69. b *de comitatu, sociis, militibus:* WETT. Gall. 3 p. 259,11 -tus *Columba* comitibus. AGIUS epic. Hath. 600 erat multis -tus hic (*pater*) asseculis. POETA SAXO 1,37 quibus (*populis*) undique -ti Franci. 2,311 Pippinus ... Italicis ... -tus legionibus. ibid. al. c c. *notione confirmandi, concitandi – ('ermutigen'):* TRAD. Frising. 386^a (a. 817) -iti divina videlicet compunctione instincti quidam laici ... ceperunt cogitare, quomo- do eqs. ANNAL. Mett. a. 830 p. 97,7 emulis exhortantibus atque -entibus. d c. *notione nutriendi, alendi ('näbren', 'erquicken'):* TIT. metr. III 7,69 escis -sit sanctus Petrus caelestibus agnos. fort. add. (*ni corrupt.*): CHART. Naumb. I 168 p. 147, 22 (a. 1144) que (*ecclesia*) cum utcumque sub indigencia -atur. 2 *spectat ad res:* a *gener.:* WALAHFR. Gall. 1,16 p. 304,24 utrum visio mea veritatis -atur effectu (*inde* OTLOH. Magn. 11, 20 16). HERM. ALTAH. annal. a. 1260 p. 402,27 origo eiusdem (*sc. flagellatorum*) penitentie nec a sede Romana nec ab aliqua persona auctorabili -batur, *saepe.* b *publ. et iur. i. q. sancire, ratum facere – bekräftigen, bestätigen, anerkennen:* DIPL. Loth. I. 78 p. 196,22 ut per tempora labentia simili -atur *petitio* auctoritate (*sim.* DIPL. Otton. I. 382 preceptum nostri iuris auctoritate -itum). CHART. Wirt. 956 presentem scedula nos- trorum appensione sigillorum dignum duximus -endam. al. in lusu verborum: CHART. Pomerell. 123 (a. 1243/50) ut seria rerum actio literet et fulcimenter silgilli (*sic*) -atur (CHART. Naumb. II 324 p. 357,9 sigillorum). B *instruere, exornare – versehen (mit), schmücken, zieren, auszeichnen:* WANDALB. martyr. 286 cum dena ternam (*diem*) retinet -itque Basilla. WOLFHARD. Waldb. 1,6 (4) humilitate -ita (*sim.* ANNAL. Rod. a. 1137 p. 712,45 castitatis diligentia -itus praelatus). THANGM. (?) transl. Epiph. 5 p. 249^b,50 sarcophagus ... desuper marmore -batur. VITA Burch. Wirz. 5 tribus -iris (*sc. Guirzburg*) martyribus. BERTHA Adelh. 2 p. 756,31 hoc ... opus nullo dictaminis -itum lepore. p. 756,37 stilus ... incultus, nullo dictamini generi -tus. al. signare – bezeichnen: ANNAL. Mell. a. 1208 Liupoldus ... signaculo Dominice crucis -itur. C au- gare – vermebren (*usu math.*): MATHEM. var. Bubnov p. 286, 28 simplex divisor differentia -itus in denarium surgit. D ef- ferre – erheben, erhöhen: IONAS BOB. Columb. 2,10 p. 255,9 de quo (*episcopo*), quia superstes, non meo iudicio, (om. pr. m. A 1c, non multum laude m. al. in marg.) -endus (aliquid dicendum B 1a) est, ne adulotionis noxa reprehendar. 2,12 p. 260,4 -iri (fulgere var. l.) magis saecularibus desiderabant parentes faleralmentis. LEX Baiuv. 1,12 'qui gradu sacerdotali -untur (fulguntur, fulgiuntur, fulcunt var. l.)' (ex Cod. Theod.). 50 DHUODA lib. man. 3,11,95 ut talis illorum (*sacerdotum*) in saeculo -atur (fultuit P) dignitas. E *sustinere, servare, habe- re, frui – bewahren, halten, haben, gebrauchen (usu medial.; intrans.:* l. 4,49): Ps. ODO CLUN. dial. 18 p. 264^a tertia vox ... quinti vel sexti modi proprietate -itur. CARM. de mus. 201 p. 112^b -untur voces sic vicissim uno semet corpore. v. et l. 4,49. F *fovere – hegen, hüten:* TIT. metr. III 7,36 ille ... discipulus, quem -sit pectore Christus. CARM. Cantabr. A 41,6 vernarum turma ... sub tuis (*sc. reginae*) alis -ta. subi. res: BAUDON. Radeg. 8 (MGMer. II p. 383,7) non ... illam mollis pluma -vit. 55 G *implere – vollfüllen:* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,175 nulla piacula regi sufficient avidam plene -tura Caribdim.

IV *per confusionem i. q. farcire – stopfen:* IOH. NEAP. Se- ver. 3 p. 454,44 (ed. Waitz) ut caesum cor eius in os illius ad edendum -ret rex.

60 65 adi. *fultus, -a, -um. instructus, praeditus, plenus – ver- sen- hen (mit), gesegnet, erfüllt, übersät:* IONAS BOB. Columb. praef. tit. dominis eximiis ... religionisque copia -is (*inde* BO- BOL. Germ. praef. tit. [MGMer. V p. 33,7]). BOBOL. Germ. 1 (MGMer. V p. 33,19) Ophomarus ... -us Deo (Domini B) ce- teris proceribus sublimior fuit. WANDALB. martyr. alloc. 7 illi (*parentes*) ... corpore fortes ... ac subolis germine -i. CARM. Salisb. I 1,1^a,4 qui (*antistes*) est -us honoris. 1,5,6 honore.

CARM. var. II A 4,32 sidera, clara prius, vestro (*sc. episcopi*) adventante decore splendidius multo -a nitore micant. AMARC. serm. 3,94 emblemata -a (falsa D) lapillis (*v. notam ed.*) al. *in malam partem*: EGBERT. fec. rat. 1,1530 horret rusticus ... digitis et plemine -is eqs.

***fulcito**, -are. (fulcire, *fulcitor; cf. Stotz, Handb. 4, VIII § 113,3) *regere, gubernare* — *lenken, leiten*: TRAD. Frising. 414 p. 355,35 (a. 819) actum est hoc ... anno Hloduuici ... augusti regnum -ante (leg. -antis) VI.

***fulcitorium** (?-iat-), -i n. (fulcire; *de formatione v. Stotz, Handb. 2, VI § 80,5*) *baculum* — *Stock, Stütze*; VITA Deic. 14 cumque ... rerum Inventori supplicasset -o (Vinc. Bellov. spec. hist. 23,2; fulcia-o *edd. rell.*), quo utebatur, terram ... egerens, ... famulo suo largam fonticuli undam donavit (*sc. Deus*).

***fulco** v. 2. *furco.

[**fulcosus** v. *sulcosus: VITA Antonini Surr. 29.]

fulcrum (-chrum), -i n. c. gen. explicativo: l. 24,37. *fultura* — *Stütze*: 1 *proprie*: a *strictius i. q. postis (lecti)*, pes — (Bett-)Pfosten, *Fuß*: GESTA Ern. duc. I 2,147 cuius (*lecticae*) -is superpositi erant quattuor ametisti. *in imag.*: RADBERT. Arsen. 1,16 p. 46,22 quorum (*agri sulcorum*) latera hinc inde pulcris nos ambiendo fovebant -is. b *latius*: a in univ.: LAMB. LEOD. Matth. I 1471 -o superincubuit *paralyticus* baculorum. b *adminiculum, fustis, baculum* — *Strebe, Stock*: PASS. Petri et Pauli 181 pinnarum -a fatiscant, decidit et fracto crure relapsus homo (*i. Simon magus*) est. γ *pila, columna* — (*Stütz-*)Pfeiler, *Säule*: VULF. Marc. I 4,2 quod (*tegmen*) iam -hra portare non poterant. CARM. var. I 16,5,1 vasta tholi firmo sistunt fundamine -hra. ODO MAGDEB. Ern. 5,29 bina ... compacto -is rutilantibus auro dolia conspiciunt *dux et comes* (*v. notam ed.*). OLIV. hist. reg. 42 p. 114,14 suffosso muro et -is igne combustis. ALBERT. STAD. Troil. 5,12 circumdant niveas Indica -hra domos. ALBERT. M. meteor. 3,2,10 p. 140,26 -um (*fulcimentum var. l.*) sustentans terram et ea, quale sunt super ipsam (*ipsum var. l.*) eqs. al. *in imag. vel per compar.*: WALDO Ånscar. 108,59 inter -a sacerdotum radian- tem tollit amictum iuris apostolici sortitus in ordine sedem. VITA Altm. 18 p. 235,15 Altmannus machinam domus Dei quatuor principalibus virtutibus quasi quatuor -hris sustentavit, quibus eqs. δ *fundamentum, basis* — *Fundament, Unterbau*: VITA Boniti 16 (MGMer. VI p. 128,4) celsior eminet turris pentagona, quadriangulo emerget (emergens, emergit, emerget var. l.) -hra. 36 (p. 137,6) a summitate cacuminis usque ad -a (-hra var. l.). ε *clausura, funda* (*gemmarum*) — (*Edelstein-*)Fassung, Halterung: WALTH. SPIR. Christoph. II 3,229 -hra ... precipuis adhibens Christus lucentia gemmis. 2 *meton.*: a *lectum, torus* — *Rubelager*, Bett, Sofa: a in univ.: THEODULF. carm. 25,235 rex sua -a petat, habeat sua mansio quemque. WALTHARIUS 396 subrectus -o considerat *Attila* amens. EGBERT. fec. rat. 1,1250 propter eos (*nummos*) multis indignis -hra parantur, nobiliumque thoros ascendere ... iu- bentur. RUODLIEB IV 195 rex poscens tabulam iubet opponi sibi sellam et me contra se iubet in -hra residere. YSENGRIMUS 5,792 frondea ... implexum -a (fulera B) cubile dabant. al. b *de craticula s. Laurentii*: EKKEH. IV. bened. I 31,88 tali de -o caro conditur usta sepulcro. γ *de feretro*: TRANSL. Corn. 1, 7,3 (MGPoet. IV p. 237) colla ... episcoporum atque regis ... dulce pondus deferebant aedis ad sacrarium, plebsque supplex confluuebat -hra gaudens tangere. δ *de tumulo*: METELL. exp. Hieros. 6,432 ad divi -hrum (-hru A) se corporis inde sepulchrum contulerant proni famulantes religioni numen adorantes tumulumque sacrum venerantes. b *cervical, culcita, tegimen* — (*Kopf-*)Kissen, Pfuhl, Polster, Bettzeug: THEODULF. carm. 28,225 quis bene -a (-hra var. l.) nitent et pulchra toremata. MILO Amand. I 5 p. 468,36 in molliibus -is celsisque recubat sedilibus (CONR. EBERB. exord. 3,25 l. 25). RAHEW. Theoph. 160 lumina clara micant, candelabra, -a decora. INNOC. III. registr. 1,481 p. 704,28 plumea -a. SABA MALASP. chron. 6, 8 p. 255,14 vidi ... matarazios, culcitas seu -a ... violenter extrahi. al. v. et p. 36,37. c *solum* — *Thron*: CARM. de gener. Christi 1314 qui (*sc. diabolus*) tanta superba profatur: 'Summo

sum similis, ... sublimis -o (gloss.: solio) non cedam (gloss.: dicit Deo) lumine pulchro.' d *castrum* — *Lager*: METELL. exp. Hieros. 6,73 ambo Ruodberti (*i. princeps Flandrensis et dux Normannicus*) Phebo dant -a cadenti, qua eqs. (cf. notam ed. p. 168). Pörnbacher

5 *fulcus* v. 1. *fucus*. 2. *fulcus* v. *fungus*.

**fulfrealis, fulfrealus* v. **fulcrealis*.

[*fulgaliter* v. vulgariter: CHART. Brixin. 223 p. 213,36.]

10 *fulgeo*, fulsi, -ere. *script. et form.*: *perf. indic.* fulxi: ANSEL. BIS. rhet. 3,6 p. 174,10sqq. *coniug.* III. vel IV.: l. 37. al. *usu medial.*: l. 34. *metr.* -ère: CARM. de Nyn. 7.

(modo fulminis) *micare, splend(esc)ere, nitere, coruscare* — (wie ein Blitz) glänzen, (er)strahlen, schimmern, funkeln: 1 strictius: a *proprie*: WALAHFR. imag. Tetr. 60 -et avaritia exornatis aurea membris. THEGAN. Ludow. 19 p. 202,16 praecinctus ... ense auro -ente. THIETM. chron. 3,5 p. 102,12 vidit mater Willigisi per somnium, quod sol e sinu suimet -ens totam radiis flammatibus repleret terram. THEOPH. sched. 3,55 polies ipsum electrum, donec omnino -at. VITA Otton. BAMB.

20 III. 3,7 p. 124,14 episcopi ac ministrorum eiusdem indumenta purpurea infuso desuper sole -erunt adeo, ut eqs. persaepe. per compar.: LIBER tram. 1 p. 4,14 ubi (*sc. in coenobio Cluniacensi*) venerabilis pater Occlido velut lucerna radians adhuc -et. al. b *translate i. q. (prae)clarum, magnificum esse, excellere*

25 — *glanzvoll, herrlich, ausgezeichnet sein, herausragen*: a in univ.: WALAHFR. carm. 63,8,2 intus, extra, longe, iuxta -at concordia. POETA SAXO 5,669 quot nunc aecclesiae -ent, ubi fana colebant antiqui. WIDUK. gest. 3,65 p. 141,10 cuius (*patris Mathildae*) industria ... ecclesiae sacerdotumque ordines in

30 tantum -sere. THIETM. chron. 2 prol. p. 37,21 (vs.) Otto ... -bat ubique choruscis actibus. persaepe. b *spectat ad sanctos et angelos eorumque miracula*: ARBEO Emm. 35 p. 80,3 ut ... his signis monstraretur in terris, quibus honoris eius anima -retur (-ret var. l.) in caelis (item 46). POETA SAXO 3,194 locus

35 insignis Kilianus martyris almi nomine seu meritis -et. BERTH. carm. 1,187 (MGPoet. III p. 98) pater sancte, tanta qui gloria -is, (tanto qui munere -es var. l.) sedibus in superis. GERH. AUGUST. Udalr. 1,9 l. 135 ubi ymnidici angelorum chori ine- narrabili claritate -bunt. al. *spectat ad Christum*: WETT.

40 Gall. 28 p. 272,28 propter adventum vestrum (*sc. hospitum*) Christi miracula -erunt. HRABAN. carm. 39,84,5 ubi (*sc. in caelesti Ierusalem*) -et vera pacis lux, Christus, sol mirabilis. THIETM. chron. 6 prol. p. 272,9 (vs.) sol iusticiae -ens (-es var. l.) super omnia, Christe. al. 2 *latius i. q. apparere, prodire* — erscheinen, hervorkommen: CARM. Bur. 12,2,2 insultus talium (*sc. detrahentum*) prodesse sentio, tollendi tedium -sit (fluxit, fuxit var. l.) occasio (cf. notam ed. vol. II. p. 22).

adi. *fulgens, -entis*. 1 *proprie*: a (*al)levatus, expolitus* — *glatt, blank*: HERACLIUS I 14,12 cum fit vitrum penitus liquefactum, in fossam lato -i (fegenti var. l.) comprime ferro. b

50 *albus, candens* — *weiß (glänzend)*: CARM. SCOT. II 1 sol. 1,5 -es bini, fuscato tegmine terni (*de ludo lapillorum*): RADBERT. carm. ad Karol. 3 (CC Cont. Med. XVI. 1969. p. 2) Sophia virgo, -is niveum quae servas culmen Olimpi. 2 *in imag. vel translate*: a *splendidus, dives* — *prächtig, reich*: AGIUS vita

55 Hath. 3 -bus parentum tectis ancillarum Dei contubernium anteponens. b *(prae)clarus, magnificus, excellens* — *glanzvoll, herrlich, herausragend*: PAUL. DIAC. carm. 9,28 -s regina (*sc. Ansa*): VITA Megiir. 3 abba nomine Haito, vir valde in doctrina et operibus bonis morumque nobilitate -s. HILDEG. div. op. 2,1,40 l. 16 Deus nullorum -ium laborum obliviousit. al.

adv. **fulgenter*. *splendide, magnifice* — *prächtig, großartig*: PAUL. ALBAR. carm. 11,13 dum prepotens calamo diverso sole refusit Hieronymus Attica, Hebreia -r orsu refundens ad que latine dedit, quidquid hebrayce constat.

60 *fulgesco*, -ere. *micare, splendescere, nitescere, candescere* — *(auf)blitzen, (er, hervor)strahlen, glänzen, schimmern*: 1 *proprie*: ARBEO Emm. 35 p. 80,20 ut in ea (*superposita sepulcri*) gemmarum cum margaretis compositionis rutilent atque

65 sculpture varietas -unt (-ant var. l.) genera. WALAHFR. (?) carm. 59,1 cum splendor lunae -at ab aethere purae. VITA Lancel. 407 terna -unt marmore tempula. RANGER. carm. 131 sit rex

purpureus, gemmis -at et auro. *al.* 2 translate i. q. (*prae*)clarum, magnificum esse, excellere – glanzvoll, herrlich, ausgezeichnet sein, herausragen: a in univ.: MILO carm. 3,4,2,8¹⁹ non secus humanis qui iustum visibus offert, -it rutilus castae simulamine vitae, sed egs. CARM. libr. III 11,13 cuius (*Conradi*) sic studiis signis -o (*sc. liber*) novellis. CARM. var. III A 5, 147 p. 606 sic sancta almificis instans aecclisia factis se exercet studio mulieris more sueto inque operis specie -it. RUP. TUIT. trin. 13,5 l. 202 ut . . ., cum sermone aliis insonant, ipsi (*doctores*) etiam vitae splendore -ant. *al.* b spectat ad sanctos eorumque miracula: DIPL. Karoli M. 67 p. 98,19 ubi (*sc. in monasterio Laureshamensi*) . . . martyr Nazarius in corpore requiescit vel in virtute -it. NOTAE Emm. I (MGScript. XV p. 1095,33 [vs.]) signis clarescit pius hic Ramvoldus humatus, celo -it celestibus associatus. *al.*

fulgetrum, -i n. vel fulgetra, -ae f. script. -e(n)thra: l. 18. fulmen, fulgor – Blitz(schlag), Wetterleuchten: EUGEN. VULG. calend. 88 agne astat pridie sollers -hra (-ntha var. l.) Iohannes. YSENGRIMUS 1,640 monachus . . . irruit ut pluvio -a mota polo. 3,889 prosiliens . . . quasi -a mota ruebat Bruno. ODBERT. Frid. 21 p. 355,43 dum portabatur, extra corpus sum um ignis exivit quasi per aera -um.

fulgidus, -a, -um. script. fuli: l. 32. 1 (modo fulminis) micans, splendidus, lucidus, coruscus – (wie ein Blitz) strahlend, glänzend, leuchtend, schimmernd: a proprie: WALAHFR. Mamm. 3,3 -a . . . per caeli virga serenum . . . cecidit. METELL. exp. Hieros. 6,553 Phebus ut Aurore petit oscula -us ore. ALBERT. STAD. Troil. 4,773 -us obrizo carbunculus ardet in auro. *al.* b in imag. vel translate i. q. (*prae*)clarus, magnificus, excellens – glanzvoll, herrlich, ausgezeichnet, herausragend: a in univ.: SYLL. Sangall. 18,2,2 Franciae reges micuere patres -i regis Karoli per orbem. DIPL. Otton. III. 193 p. 602,6 fulida . . . nobilitatis, . . . bone hopinonis ac laudabilis fama. ADEMAR. hist. 3,61 duo monachi . . . sanctitate preclarri, sapientia -i. CONR. MUR. summ. p. 156,10 imperator seu rex appelletur: . . . fortissimus, -issimus, favorabilissimus. p. 158,11. B spectat ad sanctos, angelos: WALAHFR. Mamm. 19,10 -a . . . sanctorum milia. METELL. Quir. 1,49 alto residens ethere -us laudis vota tue . . . iuva. *al.* spectat ad crucem Christi: PAUL. DIAC. (?) carm. 5,3,7 crux tua (*sc. Christi*), lux lucis, has vallet -a caulas. 2 albus, candens, clarus – weiß (glänzend), hell: ALDH. ad Acirc. 11,51,2 sponte mea nasco (*sc. heliotropus*) fecundo cespite vernans, -a de croceo flavescent culmina flore. CARM. Scot. II 1 sol. 3,9 impare sic numero gaudet vir -us unus (*de ludo lapillorum*).

adv. *fulgide (-ae). clare – hell (leuchtend), klar: PAUL. ALBAR. carm. 1,4 vox, filomela, tua dulcis super organa pergit, cantica nam suabe -e magna canit. 4,24 ut cantica turpet sanna Arabs eclesie plevis, que semper -e claret. 12,14 animus magna revolvere splendentes (*i. splendentis*, sc. *Eulogii*) anelat balsama -e. THEOPH. sched. 3,77 hoc opus videtur, quasi argentum in una parte deauratum sit, nec posset cum duobus aut tribus nummis auri tantae longitudinis lamina tam -e (*-ae var. l.*) deaurari.

fulgor, -oris m. script. vu-: l. 59. c. gen. inhaerentiae: l. 68. 1 splendor, coruscamen, lumen – Glanz, (strahlende) Helligkeit, das Leuchten, Licht(schein): a proprie: a in univ.: ARBEAO Corb. 39 tante claritatis lumine reperte sunt cereae ardentes, qui diei vincerent v-em (-em var. l.) et candoris superaret nivem. PAUL. DIAC. Lang. 6,9 quae (*stella*) cum magno -e in partes orientis declinavit. NOTKER. BALB. gest. 1,18 p. 24,14 floribus gemmarum vel auri -em in se trahentibus. THEOPH. sched. 3,39 p. 91,18 polies (*sc. auriculas deauratas*), donec eximium -em accipiant, saepius. per compar.: CARM. Aldh. 5,32 ceu per culmina caeli candescunt calida clari -is sidera. VITA Serv. 5 p. 16,5 tamquam ubi nubilosa in caligine fulmen expressum -e subito mirantium oculos perstrinxit. *al.* in proverbio: ARBEAO Corb. 8 ne tot luminis -em sub modium ponere deberetur (*cf. Vulg. Matth. 5,15*). B de luce divina: BEDA hist. eccl. 5,7 p. 293,14 (vs.) ex quo (*sc. fonte baptismali*) vivificus -r ubique fluit. IOH. SCOT. carm. 5,29 caelestis -r obumbrans. ODILO CLUN. Adelh. 21 p. 44,13 evolavit ad purum

purissimi etheris -em. b in imag. vel translate: EPIST. Aldh. 1 p. 494,13 -r . . . sapientiae prae multis in te fulget lectoribus: WILLIB. Bonif. 8 p. 52,21 superstites gentilium accolae . . . fidei -e inluminati. DIPL. Otton. II. 293 p. 330,18 consecratalem 5 meum . . . repperi . . . sanctitatis -e praclarum. EPIST. Hildesh. 134,24 homo totus sanctus, litterali -e praclarus. *al.* c metone de hominibus: WALTH. SPIR. Christoph. I 3 o inextinguibilis lucernae -em. CONR. MUR. summ. p. 155,26 hec addantur substantiva (*sc. adiectivis ad papam spectantibus*): . . . iubar et splendor et -r. 2 fulmen, fulgor – Blitz(schlag), Wetterleuchten: CHRON. Fred. 3,72 in eo anno -r per caelo discurrisse visus est (item 3,82). cf. fulgor.

fulgoreus v. fulgureus. fulgoroso v. fulgurosum.

15 *fulgoros, -a, -um. micans, splendidus, lucidus – strahlend, glänzend, leuchtend: CARM. de gener. Christi 1580 publico pallentes (*sc. caelestes*), meritis quasi non rutilantes, intus -i (gloss.: id est fulgrosi), calcedonis igne decori.

?*fulgreto, -inis subst. (fulcrum) fundamentum – Fundament: VITA Boniti 16 (MGMer. VI p. 128,8) centra hinc indeque geminata conectunt columnae prisorum sculptae, a -e (fulgratin[a]e, -tidine, -edidine, fulcreditine var. l.) emergere more elatae mire camerae (cf. p. 128,4 Emerget fulchro. 36 [p. 137,6] usque ad fulcra).

tiam separatur ab ipso, quod sic gubernat. p. 27,30 quamvis actus -is corporis non expleatur sine corpore eqs. *ibid.* saepius. 2 translate: **a** regimen, moderatio, administratio – Lenkung, Leitung, Führung, Verwaltung: **a** spectat ad rem publicam ('Regierung'): TRAD. Frising. 398^b (a. 818) sub -e Hloduuici siquidem anno imperii sui V. CHART. Argent. I 616,7 p. 467,14 quatuor . . . officios, in quibus urbis -o consistit, episcopos . . . investit, scilicet sculptum eqs. HELM. chron. 15 p. 31,30 ad regni -cionem pertinere. ALBERT. M. pol. 1,5^{capit.} de potentia gubernandi, dominationis et -is differentia. CHART. Babenb. 124 p. 160,19 (spur.) -cionem Stiriensis principatus assuti sumus (*sc. dux Leopoldus*). al. **b** spectat ad res eccl.: WILLIB. Bonif. 6 p. 36,5 ad fratres sub sua dioceseon -is constitutos . . . migravit. HINCM. coll. 1 p. 87,18 semper . . . in -e ac dispositione . . . episcoporum et regime ad dispensatione presbiterorum fuisse ecclesias. DIPL. Loth. I. 49 p. 143,2 sub unius . . . abbatisse ordinatione atque -e. DIPL. Heinr. II. 171 p. 202,17 iniunximus . . . predictę sedis pontifici -es et moderamina quorumdam monasteriorum. DIPL. Frid. I. 404 predicti loci (*i. Monasteriensis coenobii*) advocaciam et -cionem nobis solis ascribimus. DAVID expos. reg. 4,60 p. 215 (tract.) dominus noster cardinalis, cui a sede apostolica -o ordinis est commissa. persaepe. **γ** spectat ad creaturam a Deo gubernatam: WILLIB. Bonif. 4 p. 14,10 Beorwald, qui divina coenobium -e . . . regebat. HRABAN. epist. 24 p. 431,14 sub eius (*omnipotens medicus*) -e vivere. ALBERT. M. Is. 40,22 p. 417,42 tangit hic, quid intelligat de -e (*sc. mundi*). Iob 3,1 p. 51,42 cognovi -em tuam (*sc. Dei*) dissimilem esse humanae. al. **δ** usu vario: WILLIB. Bonif. § p. 25,21 sponte tuae (*sc. pontificis Willibrordi*) me -is dominio iniuncxi. LEX Raet. Cur. 23,5,4 qui res orfanorum se promittit governare (governare var. *l.*), si post finita tutillam legitimū annorum completus et ipse homo in ipsam -em ipse tutor stare voluerit eqs. ALBERT. M. Iob 4,7 p. 86,27 -o (*sc. rerum*) hominis ad bonum vel ad malum. al. *v.* et p. 860, 71. **b** providentia – Fürsorge: CONC. Karol. A 37,51 disciplina . . . eis (*sc. hominibus in ecclesia existentibus*) misericordissima et -o oportuna adhibenda est . . . -o, ne in cotidianis vitaे comeatibus praelatorum adminiculo destituti fatescant. DIPL. Conr. III. 28 ut . . . viduis et orphanis, ecclesiarum pauperumque Dei honori, -i et augmentatione nostra invigilat diligentia. meton. de persona in allocutione: AGOB. 11,20 necessarium puto admonendam . . . sollicitudinem vestram (*sc. imperatoris*) de re tam necessaria (*sc. insolentia Iudeorum*) . . . , cui pre ceteris succurrere debeat -o vestra. **c** procuratio (*victus*), sustentatio – Versorgung, (*Lebens-*)Unterhalt: CHART. Bund. 257 p. 194,7 (epist. papae a. 1116) ut . . . omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et -e concessa sunt, usibus omnimodis profutura (*item in epist. paraparum*: DIPL. Conr. III. 130 p. 237,1. CHART. Raitenh. 27 p. 29,29. CHART. Tirol. 1243 p. 284,14. persaepe; de formula cf. Greg. M. epist. 13,11 *l.* 23). **d** dispositio – Regelung: VITA Corb. 15 cum omni necessitatibus ordinatione et -e ad Tredentinos pervenit fines. **e** tractandi, procedendi ratio, methodus – Behandlung, Verfahren, Vorgehensweise (*usu alch.*): TURBA phil. 13 p. 122,1 aliam -em (*cf.* 14 p. 124,4 regimen) ponamus, quae non est alia radice, verum nomine. **3** meton. (*cf.* l. 41): **a** districtus, dioecesis – Amtsreich, Diözese: WALAHFR. exord. 32 p. 515,24 ferunt . . . in orientis partibus per singulas urbes et praefecturas singulas esse episcoporum -es. **b** actus (*gubernatorius*) – (*Regierungs-*)Akt: DIPL. Arnulfii 10 p. 18, 30 ut cenobium . . . aliqua concessionis nostrae gubu-e (*sc. A*) ditando augeremus. DIPL. Ludow. Inf. 12 p. 114,25 quia . . . episcopium nulla parentum nostrorum auctum constat -e.

gubernativus, -a, -um. **1** adi. *i. q. gubernans, gubernatorius* – steuernd, lenkend: ALBERT. M. eth. II 1,9,6 p. 146^b,13 rationale paternum, quod est provisivum et -um (*antea*: procurativum) secundum rationem propriam. **2** subst.: **a** fem. *i. q. ars gubernandi, gubernatoris* – Kunst des Steuerns, Lenkens, Steuermannskunst: ALBERT. M. eth. I 106 p. 95,47 ‘in’ . . . ‘-a’ (*p. 1104^a, 10 τῆς κυβερνητικῆς*), quae docet gubernare civitates. phys. 2,1,11 p. 95,46 -a usualis est. eth. II 2,1,5 p. 157^b, 9 in medicinali et -a. 3,1,18 p. 223^a,29 circa -am navium vel civi-

tatum magis querimus consilium quam circa gymnasticam, eo quod eqs. **b** neutr. plur. *i. quae ad navem gubernandam pertinent* – das zur Steuerung Gehörige: ALBERT. M. pol. 3,7^t dat exemplum ibi: ‘Veluti geometram geometricorum’, supple esse electorem, ‘et gubernatorem -orum’ (*p. 1282^a, 10 κυβερνήτην τῶν κυβερνητικῶν*), id est instrumentorum ad na- ves pertinentium.

gubernator, -oris m. script.: guve-: *l. 33.* -tur: *l. 51.* dat. -e: HUGEB. Willib. 5 p. 104,1. **1** proprie *i. qui dirigit*, **10** **rector** (*navis*) – Steuermann: **a** in univ.: CHART. Rhen. med. I 135,24 p. 156,34 (a. 893) detur . . . i navis, si ad Metis navigat, panes V, portiones III. HEINR. LETT. chron. 4,7 duo- bus viris, -e videlicet et ductore navis, . . . crudeli morte per- emptis. CONR. MUR. summ. p. 37,18 nauta, remex, -r, naucler- 15 rus. *al. v. et l. 5.* p. 858,68. **b** in imag.: RUOTG. Brun. 38 p. 41, 6 navis ecclesiē labore remige fluctuavit, -r ipse non tempestatis impetum ferre non potuit. WIPO gest. 1 p. 9,13 divina pro- 20 videntia anchoras ecclesiae commisit viris pontificalibus et his -bus, quales ad ducendam patriam sine iactura in portum quie- tis eo tempore superesse oportebat. **2** translate: **a** rector, moderator, administrator – Lenker, Leiter, Führer, Verwalter: **a** spectat ad rem publicam (*de imperio i. q. princeps – Herrscher*, *e. g. l. 25, 26*): CHART. Sangall. A 201 p. 192,5 (a. 809) regnante domno nostro Carolo . . . anno IX imperator et 25 ANNAL. Prum. a. 938 (MGScript. XV p. 1292,19) Otto rex . . . constitutus est -r Francorum atque Saxonum (*sic*). CHART. Bund. 436 p. 331,28 semel fuit *Iacob Palpinia* consul . . . et semel -r et minister. CHART. Carniol. I 161 p. 143,18 sententiam . . . rectoribus et -bus (*antea*: procuratores) comuni- 30 Parentii . . . praecipimus (*sc. Bertoldus marchio Istriae et dux Meiraniae*) observari. ALBERT. M. pol. 1,1^{capit.} de civi- tate, eius -e. al. **b** spectat ad res eccl.: SISEB. Desid. 11 eccle- sia suum Bienensis exultans -em (guv- var. *l.*) suscepit. VITA Bonif. I 7 Wigbertum . . . in monasterio, quod nuncupatur He- 35 rovesfeld, fratrūm constituit -em (*i. abbatem*). WIPO gest. 1 p. 11,7 Egilbertus episcopus, providus -r cleri et populi sui. EPIST. Meginh. 40^{tit.} reverentissimo sacrosanctę apostolicę se- dis -i N. CHART. Solod. I 428 Alberchtus, -r (*i. advocatus ec- 40 clesiae*) Murbacensis. CHART. Argent. I 594 p. 449,23 ycono- mus sive -r bonorum omnium monasterii. CHART. Turg. III 598 p. 450,12 procuratores seu -es (*i. xenodochi, 'Pfleger'*) hospitalis Sancti spiritus in Constantia. SALIMB. chron. p. 162, 13 cardinalis, qui est ordinis (*sc. beati Francisci*) -r (*i. modera- 45 tor supremus*, ‘Generaloberer’). persaepe. **γ** spectat ad crea- turam a Deo gubernatam: DIPL. Loth. I. 122 p. 280,40 ob- tulisse nos -i nostro Deo . . . opus, quod divino cultui dicandum . . . iussimus. ORD. coron. imp. 4^A,2 Deus . . . conditor generis humani, -r imperii, confirmator regni. item saepius. ALBERT. M. Iob 9,24 p. 139,36 ‘quod si ille non est’, supple 50 Deus -r vitae eqs. saepe. *v. et p. 857, 65.* **δ** usu vario: CHRON. Fred. 4,55 Ermarius, qui -ur palatiae (*i. maior domus*, ‘Hausmeier’). Gairiberto . . . erat. CHART. Wirt. 1162 p. 231,1 (a. 1251) quod a nona hora sexte ferie usque ad horam nonam sequentis sabbati iudex et -r fori esse debeat, hoc modo 55 . . . ut predictis horis sedem suam iudicialem . . . in platea fori . . . locet. ALBERT. M. metaph. 1,1,1 p. 2,10 homo . . . mundi -r congrue vocatur. **b** defensor, custos – Beschützer, Behüter: DIPL. Otton. III. 46 p. 447,10 corroboramus beato Zenoni, ci- vitatis Verone patrono et -i, omnes proprietates et res . . . quas eqs. EPIST. Teg. I 124^{tit.} cesari Heinrico Romanorum . . . im- 60 peratori, ecclesie strenuissimo -i ac tutatori Sigefridus eqs. AN- NAL. Hild. a. 1104 p. 52,9 si vellet iustus rex -r esse aecclesiae. tutor, curator – Vormund: CHART. Turic. 1350 p. 62,14 (a. 1267) auctoritate nostra . . . qui tutores legitimi et -es Ruodolfi filii quondam R. comitis prelibati sumus eqs.

gubernatorius, -a, -um. **qui ad gubernationem pertinet**, gubernativus – die Steuerung, Führung betreffend: ALFAN. premn. phys. 34,10 p. 122 stochasticae (*sc. artes*), id est arbitri- osae, ut medicina ars et gymnasium et ars -a (-aria var. *l.*; PG 70 40,740^A κυβερνητικῆς; de regimine navis). ALBERT. M. bon. 489 p. 255,50 quaeritur . . . de gubernatione sive de virtute -a (*de regimine vitae*).

gubernatrix, -icis f. 1 *rectrix, moderatrix, dux – Lenkerin, Leiterin, Führerin: a in univ.: CHART. Basil. A I 32 p. 61,16 (c. 708) cum . . . me (sc. *Odiliam*) . . . haeredem omnium suarum (sc. *patris*) possessionum, mancipientum, ministerialium quoque esse contigisset atque -em. LIBELL. prec. Col. 5,2 crux . . . sit mihi -x. RATHER. prael. 3,31 l. 1046 confiteor me credere . . . Trinitatis unitatem creatricem et -em universorum, quae sunt. CHART. eccl. Halb. I 14 p. 11,36 ipsius (sc. *Maguntinae*) sedis nomine, que . . . -x est XV patrum (i. *episcoporum*). al. *usu attrib.*: v. vol. III. p. 47,49. b *de abbatissa: DIPL. Loth. I. 35 p. 114,23 ut . . . ex eadem congregatione ministram et rectricem atque -em . . . habere valeant (sc. *ancillae Dei*).* DIPL. Otton. III. 326 abbatissa Haduui dicta, que in . . . coenobii congregatione preesse cernitur et -x habetur. EPIST. Hildeg. 140,2 N., famularum Christi in Elostat -x indigna. al. c *de regina: CARM. Cantabr. A 41,7 incolomis -x (antea: regina) . . . tu morbo soluta . . . restauraris in aula. 2 defenstrix, conservatrix – Beschützerin, Bewahrerin: EPIST. Wisig. 16 p. 685,6 tanti muneris (sc. *Hildoarae reginae*) praepediebar amissione merens tantae sapientiae gratiam, . . . pauperum -em et catholicae fidei . . . cultricem. confirmatrix – Gewährleisterin: CHART. Argent. I 237 p. 186,12 (a. 1233) elucescit et vivit actio, cui littera -x est.**

guberno, -avi, -atum, -are. *script.: cu- p. 862,48. cob-: p. 862,46. adde LEX Raet. Cur. 8,5,1 p. 239,7. gob-: l. 45. p. 862,49. adde LEX Raet. Cur. 2,15. ibid. saepe. gove-: l. 48. guve-: p. 862,8. gurb-: p. 862,2. coni. praes. -it: p. 862,8,18. depon.: p. 862,18. usu refl.: p. 862,52. struct. c. dat.: p. 862,53. partic.: praes. pro subst. masc.: l. 65. p. 857,64. 862,11. perf. pro subst. neutr.: p. 857,63.*

1 *proprie de motu locali: a dirigere – steuern, (in eine bestimmte Richtung) lenken: a de nave: HERBORD. Ott. 3,17 p. 178,15 quod in pacatissimo amne vix conto -ta unam personam portare sufficeret (sc. *alnus*). v. et p. 857,68. b in imag. et per compar.: VITA Lupi Trec. 3 (MGMer. VII p. 296,16) clerum . . . suum . . . habenis iusticiae . . . -bat. UFFING. Ida 1,1 imperator Karolus . . . multarum . . . gentium frena . . . -bat. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,266 te . . . -ante (sc. *cymbam*) ripam reparamus utramque eqs. 4,243 cuius (*summi regis*) sancta fides . . . corporis et mentis clavum ratione -ans eqs. ALBERT. M. summ. theol. I 17,68,2 p. 701^a,45 dispositioni . . . fatali . . . subiacent sidera, quia per illam -antur et in esse et in motu et in effectu. v. et p. 859,1. b *ducere – (an)föhren: a de militibus: CHRON. Fred. 2,40 Aurilianus Tetrico apud Catalaunis exercito go-antem Gallias recepit. HIST. de exp. Frid. imp. p. 84,21 secundam (aciem) ipse (imperator) -vit. al. b de animalibus: LEG. Lang. p. 152,8 (s. VIII./IX.) eas (sc. *boves et caballos*) menare sicut et suas proprias et gov-are (-are var. l.). c advehere, deferre – hinschaffen, (ab)liefern: CHART. Ticin. 116 p. 81,16 (a. 1227) Albertus . . . debet dare et consignare et -are omni anno fictum in monasterio sancti Abundi (p. 81,23–26. cf. p. 82,1 dare et conducere). d pari momento libratum tenere – im Gleichgewicht halten, ausbalancieren: LIUTPR. antap. 6,9 pondere non dispari lignum, per quod ascenderant, -bant (sc. *duo pueri*). 2 *translate: a regere, moderari, administrare – lenken, leiten, führen, regieren, verwalten: a spectat ad rem publicam: LIBER hist. Franc. 51 Plectrudis . . . cuncta -bat sub discreto regime. WALAHFR. carm. 88,20 ut in sacro moderamine sceptrum -es (sc. rex). TRAD. Patav. 112 Heinrico . . . regnum Bavuariorum -ante in Christo. VITA Heinr. IV. 2 p. 13,23 quae (Agnes) una cum filio rem publicam pari iure -vit. DIPL. Pipp. 33 p. 46,28 (spur.) regem . . . recte decet -are subditos. HELM. chron. 22 p. 45,27 Ordulfus ducatum (sc. *Saxoniae*) suscepit -andum. CHART. Gosl. II 30 (epist. papae) sine consensu Romanum imperium pro tempore -antis. persaepe. v. et p. 857,68. 859,10,70. b spectat ad res eccl.: WETT. Gall. 24 p. 269,24 Deus . . . det nobis pontificem ad regendam plebem et -andam ecclesiam suam (VITA Mathild. II prael. p. 146,17. CHART. Eichst. 206 p. 123,5. persaepe). CAPIT. reg. Franc. 196,13 in -andis congregationibus sibi (sc. *episcopis*) subiectis, canonicas videlicet, monachis et sanctimoniis. FORM. Patav. 6 illud (monasterium) possidere atque***

-are. DIPL. Ludow. II. 34 p. 136,29 ut . . . universa . . . ad pre-fatum monasterium pertinentia Gisla filia nostra . . . gur-et. RIMB. Anscar. 22 p. 48,4 Bremensem suscepit diocesim -andam. DIPL. Karoli III. 149 p. 241,23 ut . . . monachi . . . eli-gant (sc. *abbatem*), qui eos regulariter -are possit. persaepe. γ spectat ad creaturam a Deo -tam: CARM. Paul. Diac. app. I 10,11 (ed. Dümmler p. 98) ipse (sc. *Christus*) . . ., princeps mitis . . ., te (sc. *Karolum Magnum, ut vid.*) . . . sine fine giv-it. HRABAN. carm. 11,57 qui (sc. *Deus*) triplex simplex caelorum sceptrum -as. WALAHFR. carm. 67^{II},1 pervig aeterna mundum pietate -ans, trine Deus. CARM. Cantabr. A 10,16,2 trinus Deus . . . nos conservet et -et. DIPL. Loth. III. 22 p. 33,20 regni mei administrationem Deo -ante dispensari cupio. CHART. Heinr. Leon. 88 p. 131,19 qui (*Deus*) cuncta iuste -at. persaepe. δ 15 *usu vario: CONC. Karol. A 1,7 iuxta regulam sancti Benedicti . . . vitam propriam -are. RADBERT. corp. Dom. 20,65 quatinus . . ., quod praeminet in nobis vegetatum celesti dulcedine, illud regat et -et (-etur, -it var. l.), quod inferius est. ALFAN. premn. phys. 2,95 p. 46 hanc . . . esse animam (sc. *totius*), quae -at (PG 40,58^C διακυβερνῶσαν) totum. DIPL. Conr. III. 194 quatinus pueritiam eius (filii nostri) -are et regere tua (sc. *Wibaldi abbatis*) non desinat prudentia. HINCM. ord. pal. 232 tam in spiritualibus quamque et in saecularibus atque corporalibus re-bus per hos ministros . . . -batur palatium, videlicet eqs. al. b 25 de munere, officio i. q. gerere, exercere – innehaben, aus-üben: NOTKER. BALB. gest. 1,8 p. 11,18 duo molinariorum filii . . . praeposituram Bobiensis monasterii unus post unum . . . -verunt (rexerunt var. l.). WIPO gest. 1 p. 10,9 Treverensem . . . archiepiscopatum -vit Poppo. CHART. Mog. B 93 p. 98,24 imperium -ante imperatore Friderico. CHART. Carniol. II 393 p. 300,21 ab eo tempore, quo pater eorundem (herendum) in Lok officium (sc. *officialis*) -vit. al. c (pro)curare, curam gerere – walten (über), Sorge tragen (für), sich kümmern (um): DIPL. Karoli III. 60 si peregrinorum et sustentacula pauperum solita provasione (sc. A) -amus, plurimum nobis . . . prodesse confidimus. WIPO gest. prol. p. 7,8 nostri catholici reges . . . legem ac pacem Christi . . . sine periculo erroris -ant. OTLOH. Magn. 25,4 episcopus Tozzo . . . eius (sc. *beati Magni*) cenobium semper cum omnibus necessariis rebus adiuvit 30 disponens ea, que ad ipsum monasterium iure pertinebant, sed et divina officia cum clericis et luminaribus -ans. al. de re fa-miliari, facultatibus i. q. servare, tueri, custodire – (be)wah-ren, aufrechterhalten, wachen (über): LEG. Wisig. 6,5,13 omnem . . . facultatem ipsius (sc. *patris exsiliati*) . . . tueantur adquæ -ent (sc. *fili*): LEX Raet. Cur. 3,17,2 ad . . . infantes tutores mittere, qui ipsorum res co-ent (-ent var. l.). 3,17,3 mulier, si post mortem mariti sui utilia de res filiorum suorum voluerit recipi ad c-andum (-andum var. l.). 3,18 res de 35 ipsis nepotis suos recipere ad go-andum (-andum var. l.). ibid. sae-pe. d sustentare, nutritre, alere – er-, unterhalten, versor-gen: LEG. Wisig. 12,2,14 p. 421,4 quantum illis (mancipiis) sufficere ad excolendum vel -andum se invenerit comparantis electio. DIPL. Pipp. 16 p. 22,24 inopibus et pauperibus . . . -are atque educare. AGNELL. lib. pont. 104,24 sunt nonnulli (episcopi), qui . . . dono . . . ecclesiae concessio canes nutrunt, pauperes prociunt, aucupes -ant. ALFAN. premn. phys. 24,2 p. 145 tria haec, hoc est vena, arteria, nervus, existentia a tribus principiis animal -antibus (PG 40,697^B διοικουσῶν) eqs. BEN-VEN. GRAFF. ocul. B 27 p. 48,11 quod . . . medicetis eum (sc. *oculum percussum*) cum clara ovi, quia simile nutrit et -at suum simile eqs. al. e disponere – regeln: DIPL. Conr. II. 24 li-ceat . . . abbati . . . res monasterii ordinare, intus seu foris omnia iuxta consilii sui provisionem decenter, congrue et utiliter -are. f perpetrare – vollbringen, -führen: CARM. de nat. animal. 45 1237 ut leo sunt grifones fortes, quia fortia facta -ant. adi. gubernatus, -a, -um. t. t. alch. i. q. sulphure praepa-ratus, sulphuratus – mit Schwefel vorbehandelt, geschwefelt: TURBA phil. 12 p. 120,19 ut argentum vivum, quod est ex mas-culo, capiatis et super aes vel ferrum -um (cf. p. 191 adn. 6 θει-ωθέντι) ponatis, et dealbabitur. p. 120,25 argento vivo -o omne corpus dealbatur.*

60 gubernum, -i n. custodia – Obhut: CHART. Ticin. 124 p. [Antony]

99,27 (a. 1233) quas (*libras centum octo*) ... magister Nicolaus ... domino abbati dederat in depositum seu -um.
gubio v. gobio. **gubitus** v. 1. cubitus.
gubrunes v. crabro. **guburnatio** v. gubernatio.
guctatim v. guttatum. **guculo** v. cuculo.
gucus v. cuculus. ***guduniarius** v. *cydon(i)arius.
***guelfus**, -i m. (*theod. vet. welf*) **catulus**, **pullus** - *Welpe, das Junges.* HIST. Welf. 2 imperator ... eum (*virum*) taliter affatur: 'pro -o, qui vobis natus est, repatriare festinatis?' (*cf. ibid. pro nom. propri.: placuit omnibus, ut ... Romano nomine refutato G-um eum [Katalinam] deutonice nominarent.*) *Antony*

***guera** v. *guerra. ***guerantia** v. *guarandia.
***guercius**, -a, -um. (*ital. guercio a langob.* dverh; v. *Battaglia, Dizionario.* VII. p. 150 et *Meyer-Lübke, REW*³ nr. 2812) **strabus, limus - schielden:** MOSES PANORM. marisc. 2 p. 147,15 quando equus est -us de uno oculo vel de duobus; ... quando est -us de duobus oculis eqs. **pro cognomine:** ANNAL. Iauens. III p. 4,1 Willielmus G-us. *Weber*
***guerens** v. *guarena. ***guerentia** v. *guarandia.
***guerentio** v. *guarento. ***guerentisator** v. *garentizator.
***guerescus**, -i m. (*ital. vet. guidareso, guideresco a langob.* widarist; v. *Battaglia, Dizionario.* VII. p. 164 s. v. *guidesco et Meyer-Lübke, REW*³ nr. 9530) **pars (alta) dorsi equorum collo et scapulis confinis - Widerrist:** MOSES PANORM. infirm. 20 p. 121,2 si apostema fuerit in dorso equi vel in spatula vel in -o vel occaxione selle. *cf. *guare(n)sis. Staub*
***guerio** v. *guerrio. ***gueripio** v. *guerpio.
***guernimentum** v. *guarnimentum.
***guerpina**, -ae f. (*guerpire) **condonatio, cessio, traditio - Abtretung, Überlassung, Übereignung:** CHART. Laus. 130 p. 148,30 (a. 1213) quod dictam -am et donum et feodum faceret *Raymundus.* 231 p. 222,13 huic ... -e et donationi ego ... comes ... et filius meus prebuius assensum. 489 p. 422,9 pro -a et quitatione. 735 p. 594,31 de dono et -a.
***guerpio** (cur-, gur-, guar-, -ripi) **vel *werpio** (vue-, uee-, ve-, vor-, vur-, war-, wir-, -puo sim.), -ivi vel -ii, -ire. (*got. wairpan, prov. vet. guerpir; cf. Stotz, Handb. I, III §32.4 et A. Sousa Costa, Studien zum Althochdt. 21. 1993. p. 239qq.*) **form.:** *perf.:* -iviv(i). l.44. -pi: l.66. -pui: GESTA Mett. cont. I 4 (var. l.). *conting.* I. l.54.p.864,1,11.

I proprie i. q. iactare - werfen (de re v. HRG V. p. 1266 sqq. s. v. 'Werfen'): CHART. Carinth. III 541 p. 220,10 (a. 1107) cultellum et festucam ... atque ramum arboris wa-vivi et expulvi me exinde foras.

II translate i. q. dimittere, renuntiare, resignare - aufgeben, verzichten (auf), Verzicht leisten: A t. t. iur.: 1 c. acc. vel enunt.: a in univ.: CAPIT. reg. Franc. 28,3 omnem iustitiam et res proprietatis ... gurpivit atque proiecit *Tassilo dux.* FORM. Flav. add. 6 omnia wi-vit. ADEMAR. hist. 3,66 l. 84 (add. AL) curpivit *Willenus Vasnacum boscum.* DIPL. Conr. III. 75 p. 133,35 quicquid ... exigebat, ... dux ipse wi-vit. CHART. Lamb. Leod. 281 p. 358,5 allodium ... resignavit *Uda* ... et illud w-avit saepius. b accedente dat. vel ad, in c. acc. (vel abl.) i. q. cedere, tradere - abtreten, übergeben, übereignen: FOLCUIN. Bert. 1,29 p. 49,29 (chart. a. 723) totum atque integrum (sc. quae possideo *Rigobertus*) de iure meo in iure et dominatione (sc. monasterii) ... per festucam tradidi atque vv-vi. CHART. Basil. A I 293 quicquid iuris habebam (sc. comes) ... , in manu ... archiepiscopi ... -ipivi. HONOR. III. registr. 21 p. 18,16 debet dominus W. ... reddere feodum suum et g-ire ad opus domini comitis. CHART. Laus. 913 ve-vit P. Escarinus medietatem ... casalis capitulo. CHART. Basil. A II 253 p. 330,20 g-vit *Iohannes* in ... elemosinam ..., quicquid habebat. persaepe. v. et vol. II. p. 94,11. **adde:** TRAD. Altarip. 40 (a. 1174) domui Alteripe ... g-pirunt *Humbertus et Osilius* in campis, in pratis; ... habuerunt ... pro hac -cione sex solidos eqs. 2 refl. i. q. **decedere de (bonis suis) - sich (seines Besitzes) entäußern:** ACTA reg. Burgund. 10 p. 109,12 (a. 908) quod ... se in omnibus recrederunt et vue-erunt venatores et supersilvatores. DIPL. Otton. III. 411 p. 845,33 se ipsi, Rolend et Ubertus ..., mater et filio, exinde wa-verunt.

LEG. Lang. p. 595b,15 adde: 'warpi te' (warpire, warpuate var. l.). CONST. imp. I 444 p. 655,14 me exinde foras expuli, gua-vi et absentem me feci (sc. *Matilda comitissa*). CHART. Carniol. I 67 p. 74,34 nos exinde foris expellimus, wa-vimus (unarpivimus ed.) et absasno fecimus. al. 3 absol.: CHART. Lamb. Leod. 72 (a. 1190) vo-verunt omnes (sc. *Albricus eiusque propinquus*). CHART. Argent. 10 (MIOG 29. 1908. p. 589,27) vendidisse Borchardum militem ... alodium suum ... wi-entibus omnibus heredibus et coheredibus suis. 4 c. abl. i. q. desistere - Abstand nehmen (von): FORM. Marculfi 2,18 nos ipsa causa per fistuco contra te visus sum w-isce (verpasste, verpasste, vi-, ui-var. l.). B gener. i. q. deserere, relinquere - verlassen, aufgeben: CHRON. Sigeb. cont. Aquic. a. 1200 Iohannes rex Anglorum g-vit castella Wilcassini pagi, Gisortium ... et alia. cf. *awarpio.
***guerpito** (-cio), -onis f. (*guerpire) **cessio, traditio - Abtretung, Übereignung:** TRAD. Altarip. 69 (ante 1173) ut predicta -cio imperpetuum firma esset. CHART. Lamb. Leod. 287 quicquid facere poterat *Baldinus miles de -e ipsius feodi.* 576 p. 127,22 facta ... -e et effestuatione bonorum. v. et p.863,67.
***guerra** (gewe-, ge-, gve-, gwe-, guera) **vel *werra** (vve-, vve-, ve-, wera), -ae f. (*germ. vet. werra;* cf. A. Sousa Costa, *Studien zum Althochdt.* 21. 1993. p. 293sqq.) **script.:** qu- 25 l.42. garr(a): l.44. werrh(a): p.865,17.
bellum, arma - Krieg, kriegerische Auseinandersetzung, Fehde: 1 strictius: a in univ.: a usu communi: RUODLIEB II 63 fit grandis vv-a. BENZO ad Heinr. IV. 6,6 p. 572,25 (vs.) amplius non erit vu-a, sed pacis perhennitas. CHRON. Gozec. 2,16 gw-a (w-a, g-a var. l.) nimia omne regnum tenuit. DIPL. Constantiae 63 p. 199,9 que (casalia) occasione g-e ... fuerunt obstructa. CHART. Rhen. med. III 1508 g-a communis, que dicitur lanthere. ANNAL. Plac. a. 1251 p. 505,4 *incepta est guera inter milites et populum. persaepe. v. et p.865,66.* B inter imperatores, reges, civitates sim.: VITA Ger. Bron. 21 p. 671,54 orta est non parvae perturbatio w-ae inter summates Austriae ac Neustriae. VITA Karoli M. 2,9 existimat *Constantinus* ... eum cum aliquibus g-am habere. ANNAL. Ven. a. 1107 (MGScript. XIV p. 70,40) wera fuit inter solam Veneciā et Ravennam et Paduam et Tervisum. REGISTR. Pant. Col. 27 p. 149,28 cum monasterium ... iacturam quorundam bonorum suorum propter communem sanctae ecclesiae q-am et propter alios casus ... sustinuisse. RICHER. SENON. gest. 3,14 p. 293,37 rex Anglie habebat garam cum rege Francorum. *persaepe.* 35 45 **γ inter homines privatos:** CHRONOGR. Corb. p. 60,7 w-a in ter ipsum (*Wolcuinum*) et dominum Heinricum ... oborta. CHART. select. Keutgen 90,9 si bellum vel verrā fuerit inter aliquos eqs. GESTA Trev. cont. II 9 p. 379,30 hii (comites) pro Bunnensi comitatū diu g-am ad invicem habuerant. CHART. Stir. II 173 p. 257,26 quod (damnum) hospitali ... in gy-a contra dominum Hertnidum ... habita fecerat dominus Herrandus. CHART. Turg. II 107 p. 369,7 comes noiens habere gew-am aduersus filium suum. *persaepe.* δ pro cognomine: CHART. Ital. Ficker 124 p. 166,32 (a. 1156) comes Guidog-a. 55 OTTO FRISING. chron. 7,209 p. 356,7 pro comite Guidone G-a (vv-, gw- var. l.). gest. 2,35 p. 143,25 quod Gwidonem comitem ... cognomento G-am (Gwerr. B) ... comprehendere ... ausi sint Spoletni. LIGURINUS 4,238 G-a viro cognomen erat. CHART. Mog. A II 652 p. 1063,3 Hermannus W-a. b 60 **pugna, proelium - Kampf, Gefecht:** CHART. Neocell. Brixin. 97 p. 141,33 (a. 1271) si quando aliqua prelia vel g-e deinceps orte fuerint. in imag.: CAES. HEIST. mirac. I 4,94 p. 260,36 diabolus ... per quandam sanctimoniale ... tantam g-am in eius (*iuvensis*) corde movit ..., ut eqs. 2 latius: a inimicitia - Anfeindung: DEDIC. Trev. (MGScript. XV p. 1272,25; s. XI.) propter gw-arum longa disturbia, que ... per Adelbernon ... tam in clerum quam in populum ... grassabantur. TRANSL. Annon. 2 p. 8,11 ob plurimas g-as, quas ecclesia Sygebergensis ... sustinuit. GISLEB. MONT. chron. 33 p. 60,14 qui (comes) multos labores et g-arum insultus ... passus est. al. b 65 tempora belli - Kriegszeiten: EPIST. Wibald. 420 quae possideo (sc. comes de Salmes), in pace et in g-a vobis sicut mihi pa-

[Weber]

rata semper suberunt. CHART. Tirol. 329 p. 163,35 tam in w-a quam in pace aperiantur *castra*. 1054 p. 100,33 tam in pace quam in wera (*item* ROLAND. PATAV. chron. praef. p. 5,6). *v.* et l.65. *c locut.* -a recreducta *i. q. indutiae* – *Waffenstillstand*, -*ruhe*: DIPL. Frid. I. 356 p. 200,32 nec imperator nec ipsi (*principes*) facient ... vel treugam vel g-am recredutoam sine parabola omnium consulum Pisanorum (*inde* CONST. imp. I 333,7. II. 37,6. *ibid. al.*) *d lis, iurgium* – (*juristischer*) Streit, *Meinungsverschiedenheit*, (*juristische*) Auseinandersetzung: BERNOLD. CONST. chron. a. 1097 p. 465,13 marchio ... magnam ... w-am suis filiis de rebus suis dereliquit. CHART. Mog. A I 562 p. 474,41 ut deinceps omnem w-am ad unguem excluderem (*sc. archiepiscopus*). TRAD. Weihenst. 114^b pro his prediis fecit nobis (*sc. monachis*) w-am ... Rudigeri soror. TRAD. Wessof. 72^a Ita multas gw-as ... cenobio intulerat. ACTA imp. Winkelm. I 658 p. 525,42 neutra pars alteri gerram movebit. CHART. civ. Erf. 158 super omni w-ha et rancore, quem habebamus (*sc. comes eiusque pater*) ad ipsam (*civitatem*). *saepius.* *fort. buc spectat:* CHART. Carinth. IV 2287 p. 316,42 (a. 1244) quod, si domum vel agros in guu-am domui Victorensi fecerit *Cunradus*, alterum, quod vacat gw-a, ... ad domum redeat Victoriensem.

*guerrarius vel *guerrerius, -i m. (*cf. ital. vet. guer(r)ero; v. Battaglia, Dizionario. VII. p. 158^bsq. s. v. ‘guerriero’*) miles, stipendiarius – Soldat, Söldner: ANNAL. Ianuens. III p. 19,11 cum ... omnes dicti -erii armati irent. CHART. Hans. 356 p. 117,12 mercatores nostros ... a vestris (*sc. civitatis Lubiciensis*) hominibus et vestris -ariis conducticiis sustinetis spoliari.

*guerregio (ge-), -are. (*francog. vet. guerreier, ital. vet. guerregiare*) belligerare – Krieg führen: ACTA imp. Winkelm. I 630 p. 507,30 (a. 1233) Guillelmus ... possit valere de ... castro domino comiti provincie ge-ando et placitando.

*guerrentia v. *guarandia. *guerrerius v. *guerrarius.

*guerrifer, -era, -erum. qui bellum infert, bellicosus – kriegbringend, kriegstreibend: CONST. imp. II 263,1 (a. 1245) nec amicabiliter ductore procurante -o, (doctore p. gratifico var. *l.*) voces pacifivas exaudivit pontifex Romanus.

*guerr(i)o (gwe-, ge-, guer(i)o) vel *werr(i)o, -avi, -are vel -ivi, -ire. (*guerra, *werra, germ. vet. werran; cf. A. Sousa Costa, *Studien zum Althochdt.* 21. 1993, p. 296sq.)

1 trans. *i. q. bello persequi, aggredi* – bekriegen, befehden, angreifen: CAPIT. reg. Franc. 270,9 Karoli ... regnum illi non forconsiliabo neque w-ibo. LAMB. ARD. hist. 150 p. 639,17 ad g-iandum regem Francie. CHRON. Basil. a. 1050 p. 292,8 ex hiis ... sacris gw-iebat *Anacletus* Frangentin-panes et adiutores Innocentii; et Frangentes-panes gw-iebant eum ex pecunia ..., quam eqs. CHART. Rhen. inf. II 404 p. 218,2 si ... forte ipse nos (*sc. comites*) guerraverit archiepiscopus. ANNAL. Plac. a. 1235 p. 472,3 maior pars militie ... populum et civitatem guer-abant. *al.* 2 intrans. *i. q. belligerare* – Krieg, Fehde führen: HUGO METELL. carm. 140 (MG Lib. Lit. III p. 719) rex Constantius sua regia non feodavit sed neque Silvestrum secum guerrare (guerare var. *l.*) rogavit. RAHEW. (?) gest. app. a. 1169 p. 350,23 Lodewicus rex Franciae et Heinricus rex Angliae invicem gwarrant. CHART. Lux. I 550 p. 775,21 si comes Flandrie et ... episcopus de Verduno et comes Campanie inter se in propriis personis gu-iaverint. CHART. Rhen. inf. II 185 si ipse (Otto dux) gerrare voluerit. CHRON. Saxon. (MGScript. XXX p. 29,16) qui (*Adulfus*) veniens in auxilium ducum Saxonie ... contra ecclesiam Magdeburgensem werrancium. *al.*

*guerizo (ve-), -are. tempus belli transigere – die Kriegszeit verbringen: CHART. Tirol. 1055 p. 101,32 (a. 1237) lictum sit ... comiti Egoni et suis heredibus ... castrum in omnibus negotiis eorum apertum, videlicet in werra vel aliis modis ... et ibi, dum werra durabit, per mare habeant, unde inde v-are debeant.

*guesselis, -is subst. (?theod. vet. wisel(e)) mustela – Wiesel: ALBERT. M. animal. 22,104 -es vel roserulae vulgariter vocantur mures quidam.

*gueta v. *guaita. gufa v. cufa. gugeres v. iugerum. ?*gugia. (?arab. kiya; v. Siggel, Arab.-dt. Wb. d. Stoffe.

p. 64) ?species mastices – ?Mastix(harz)art: ANTIDOT. Glasg. p. 145,11 addis ... mastice VI, -a VII, opobalsamo IV. *gugma* v. gummi.

?*gugo, -are. orig. inc. (*ni subest theod. gucken*) fort. *i.* 5 *q. inspicere, probare* – viell.: schauen, prüfen): RECEPT. Sangall. I 141 herba maleficia proice et ter -a, si ossa non habuerint.

gugulus v. cuculus. guarabica v. gummi.

*guida vel *wida (vida), -ae f. (*guidare, cf. ital. guida; v.

10 Battaglia, Dizionario. VII. p. 161^csqq.) 1 ductus, dux (belli) – Führing, (militärischer) Anführer: ANNAL. Ianuens. I p. 33,17 de quibus galeis Caffarus consul fuit -a. p. 65,11 quibus (galeis) Ansaldus Guaraccus ... -a fuit et capitaneus constitutus. II p. 39,16 quibus (galeis) fuerunt Bellusbrunus et

15 Rolandus ... consules, maiores et -a constituti. 2 tributum pro (securo) conductu (vel transitu) solvendum – Geleitgebühr, Wegzoll: DIPL. Frid. I. 441 p. 339,15 ut ... habeant consules Ferrariae ... g-as et tansas omnes a flumine Tartari usque ad mare. 455 p. 358,39 nec cogantur mercatores Papienses dare maiores vidam vel tensam vel pedagium. CHART. Ital. Ficker 153 p. 194,10 nullus Perusinus dabat g-am aut silquaticum vel passagium. *al.*

*guidagium (ginova-, guina-) vel *widagium (vienna-, vinoa-, wiona-, win(o)a-, winog-, ?winagisum) vel rarius

25 *guidaticum, -i n. (*guidare) tributum pro securo conductu (vel transitu vel tuitione) solvendum – Geleitgebühr, Wege-, Schutzzoll: 1 proprie: HIST. Torn. 3,6 (MGScript. XIV p. 335,1; s. XII.med.) episcopo delegavit Chlodovicus ... wion-a plaustrorum ..., que venalia in civitatem afferunt.

30 CHART. Traiect. 574,5 quadringentas libras winagii dominus Willelmus tenebit (*inde* HONOR. III. registr. 21 p. 17,42 guin-1). CHART. Rhen. med. III 93 ab omni thelonio seu vien-o (sim. 562 winagio). CHART. Helv. arb. 38 p. 64,34 nec ab illis (transeuntibus) permittat episcopus exigere nomine pedagi, g-gii

35 vel usagi. HIST. Walc. cont. 21 pro quo (anniversario) habemus ad ginov-um suum (*sc. advocati*) quadraginta solidos alborum. CHART. Basil. A I 396 (epist. papae) winogia ... solve-re. CHART. Ulm. 65 (dipl. Rud. Habsb.) winogia ... solve-re. CHART. Dortm. 147 ut ab omnibus ... w-orum prestationibus

40 immunes esse debeant cives Tremonienses. 2 meton. *i. q. ius exigendi tributi pro securo conductu* (vel transitu vel tuitione) praestiti – Recht zur Erhebung einer Geleitgebühr, eines Wege-, Schutzzolls: DIPL. Frid. I. 911 p. 172,27 cum ... banno et pedagio, iustitia atque g-tico (ci. gu- ed.). CHART. Helv. arb. 93 p. 150,23 gardas ..., g-gia et conducta ... dimittere. *al.*

45 fort. buc spectat: CHART. Traiect. 566 p. 31,13 (a. 1204) winagia ad homines comitis pertinentia quita clamavi et libera. *guidator, -oris m. (*guidare) dux – Anführer: CHART. Ticin. 111 p. 66,19 (a. 1222) de ... dicta decima dico et statuo, ut Albricus ... sit administrator et -r.

*guiderdonum (-dar-) vel *widerdonum (wirar-, widhar-), -i n. (germ. widar, wider et donum; cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. XVII. p. 577sq. s. v. *widarlōn; v. Stotz, Handb. 1,IV § 75,13) acc. sg. -onem: l. 58. adde LEG. Lang. p. 353^b,13. p. 55 439^{a,2}. abl. sg. -one: CHART. Sangall. B 438.

t. t. iur. *i. q. remuneratio, retributio* – Gegengabe, Vergeltung(gabe): LEG. Lang. p. 335^b,52 ut facias (*sc. Martinus*) sibi (*sc. Donato*) w-em. p. 649^{b,21} launigild i. wira-um. CHART. Ticin. 10 p. 30,14 solvere omne d i s p e n d i u m et g-um (114 60 p. 76,15 de ... dissipendio et g-ardono. *al.*) COD. Wang. Trident. 2 p. 678,10 pro widha-o servicii. CHART. Bund. 903 pro dono seu g-o. *al.*

*guido, -are. (got. widan, prov. vet. guidar; cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. XVII. p. 600sq. s. v. *witan; v. Stotz, Handb. 1,IV § 75,9) ducere, gubernare, administrare – anführern, lenken, leiten, verwalten: CONST. imp. I 212,6 (a. 1162) iurabit consul, ut -bit et reget populum Cremonensem.

214,5 -bunt consules et regent populum et civitatem Lucanam. CHART. Bund. 741 p. 207,23 quod ... rector ... ecclesie Sancti Remigii teneatur ... eam regere et -are.

*Guidonicus, -a, -um. (Guido) praeceptis Guidonis (Aretini) conveniens – den Regeln des Guido (von Arezzo)

[Weber]

entsprechend: RUD. TRUD. (?) mus. 1,11 p. 21 quare -um il-lud tetracordum superacutarum sit additum, p. 22 nisi supradic-tas voces -as constaret eis (*melodiis*) subvenire.

*adv. *Guidonice.* secundum *praecepta Guidonis (Aretini)* – gemäß den Regeln des Guido (von Arezzo): OTKER. mens. (VeröffMusHistKommBAdW. VII. 1989, p. 199sq.; s. X./XI.) uno latere quadrifariam diviso mensura idem latus -e; ... mensura -e facta. WILH. HIRS. mus. 41,9 inter magadas mensus -e ponata puncta. AIBO mus. p. 11,6 tetrachordum finalium est -e D.E.F.G.

*guillator, -oris m. (cf. francog. vet. guile; v. DEAF G. p. 1627sqq. s. v. guile) deceptor, seductor – Blender, Verführer: CHRON. Albr. a. 1239 p. 944,17 (epist. papae) tres ... batores sive -es fuerunt in mundo, Moyses, Christus et Machometus (sc. dicit imperator).

*guinagium v. *guidagium. guinecum v. gynaecum. *guitarra, -ae f. (*cithara, cf. hisp. guitarra; v. LexMusLat. II. s. v. guitarra) instrumentum musicum chordis instructum (lyrae simile) – (lautenähnliches) Musik-, Saiteninstrument: IOH. AEGID. mus. 17,3 canon et medius canon et -a et rabe fuerunt postremo inventa.

guito v. quieto.
gula, -ae f. script.: gola: l.69. -ll-: p. 868,17. φάρων, fauces, guttura – Schlund, Rachen, Gurgel: I strictius: A proprie: 1 gener.: NOTKER. BALB. gest. 1,18 p. 24,17 pistores ... -e irritamenta exquisitis artibus praeparabant (IDUNG. PRUF. dial. II 1092). ITIN. Petr. Dam. 8 nobis huiusmodi vinum (sc. pice contaminatum) pruritus -ae ... commendavit. OTLOH. prov. B 23 bibere et manducare nulli concessum est ad -am explendam, sed ad famem sitimque restringendam. al. spectat ad voracitatem: CONSUET. Marb. 4 admoneatur ... novicius, ut non sit elatus aut invidus ..., non servus -e. CARM. de nat. animal. 956 cui deus est venter, quem -a sola trahit. al. 2 anat. et medic.: a in univ.: RECEPT. Lauresh. 2,53 ad -e et cervicis dolorum. BOTAN. Sangall. 23,7 ad hoccinulum in -a sanacis. RICHER. REM. hist. 4,5 cui (regi) sanguis copiosus per nares et -am diffuebat. TRACT. de chirurg. 744 si in -a spina piscis ... adheserit. ALBERT. M. animal. 1,366 una (pars nervi sexti) ... ad -ae musculos suo protendit itinere. saepius. v. et vol. II. p. 169,8.18. b οἰστοφάγος – Speiseröhre: RICHARD. ANGL. anat. I 323 dicitur (sc. canna stomachi) arabice meris, grece isophagus, latine -a. Ps. GALEN. anat. 12 p. 188D -a est quoddam membrum compositum ex duobus panniculis, recipiens cibum et potum intra se. p. 189B utrum ipsa -a cum ore stomachi continuetur ...; continuatur ... -a superioris cum palato. ibid. al. canna – Röhre: FRAGM. sacram. Arnon. p. 605,15 exite (sc. daemones) ... de gutture, de -a, de altera -a. c ingluvies – Kropf: FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 60,8 portant aves ad ipsos (pullos) escam ..., alie ... in gutture seu in -a, que gorgia dicitur. B in imag.: WALAHFR. imag. Tetr. 195 illa (*Iudith*) -am mortis fidei mucrone trucidans. ANGILB. carm. 3,3 (MGPoet. II p. 138) gaudet -a Cerberi. C meton. i. q. edacitas, voracitas, gulositys – Gefräsigkeit, Fressgier, Völlerei (theol. de peccato mortali): 1 in univ.: HRABAN. epist. 6 p. 391,18 de malo superbiae ..., avaritiae, -ae et fornicationis. OTLOH. prov. G 23 -ae et luxuriae deditus comparatur iumentis insipientibus. CAES. HEIST. mirac. I 4,73 p. 240,31 in pugna Christi prius agitur contra -am ieunando, per quam victus est primus homo. ALBERT. M. sent. 4,33,16 p. 305,17 -a est peccatum carnale. LOCALIS 245 raro senes ulli, qua prelia vel -a pulli. persaepe. v. et p. 869,56. per prosop.: ALDH. virg. II 2490 -a ... ieunii validis pellax prosternitur armis. 2 remissius de actione edendi: HRABAN. univ. 6,1 p. 157A -a, quae a deglutiendo nuncupata est, aliquando pro acceptione cibi vel potus ponitur, aliquando pro voracitate.

II latus: A iugulum – Kehle: 1 in univ.: RECEPT. Lauresh. 2,257 inunge ... -am et collum et que circa -am proxima sunt. Ps. HIPPOCR. phleb. 67 incide in collo vel gola. 144 vena edalica iudicat cornificias ... et anga et gola. GLOSS. Roger. III 573 succus feniculi butiro commisceatur et in -a ponatur. WILH. SALIC. chirurg. 2,7 p. 331D vulnera in -a cum ense ... valde timorosa sunt. 4,1 p. 24,18sqq. omnes incisiones, quae fi-

unt in -a, ... oportet evitare omnes venas -ae ..., nam vena -ae habet sub se arteriam occultam. saepius. spectat ad animalia: FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 129,28 que (maculae) ... sunt a -a per totum pectus usque ad ovariam. 2 λάρυγξ – Kehlkopf:

- 5 WILH. SALIC. chirurg. 4,3 p. 30,8 sub -a ... ordinata sunt duo ossa furculae ...; aliud ... caput (sc. ossis furculae) continua-tur summitati pectoris, ubi est pixis -ae. ibid. al. os -ae: TRACT. de cruc. effig. 63 de nodo ad genua quantum de osso -ae ad umbilicum. B collum – Hals: 1 proprie: LEO MARS. 10 chron. 59 rec. II p. 282,15 Pandulfum ... principem ... ferreis nexum vinculis atque in ... ceno laci ad -am usque demersum ei (magistro militum) ... ostendunt duo monachi. LAUR. LE-OD. gest. 26 p. 506,5 illos (hostes) ... ut latrones per -am cap-tores aducit Heinricus. CARM. Bur. 77,15,2 tamquam massa ni-vea -a candescat. ANNAL. Plac. a. 1244 p. 489,33 ipsum (Philippum Codeporcum) suspidi fecit filius Guillelmus per gullam ita, quod obiii (sim. a. 1270 p. 547,12). al. catena -ae de osse sub -a posito ('Schlüsselbein'): GLOSS. Roger. III 578 (nota in marg.) cathena -e est os, qui organicus in provinciali lingua colli dicitur. I B 4,2 p. 708,42 si os, quod est cathena -e, fractum fuerit (sim. I A 4,2 p. 709,10). 2 meton.: a pelli-cium (ostro tinctum) – (purpurrot gefärbter) Pelz(kragen): AMARC. serm. 4,200 -is vestitus dives et ostro. BRUNO MAGD. bell. 92 p. 86,21 unus ex ipsis (iuvenibus) ... crusinam -is or-natam quasi furtim praecedit. ANNALISTA SAXO a. 1044 p. 387,4 delicioris ... vestitus ... nulla illis (clericis) erat cura, ut -as, quibus nunc ardet clerus, nescirent (ex FUND. Hild. 4). VITA Meinw. 181 p. 103,14 quibus (pellibus) ... et -is martherinis in circuitu ornatis imperatore post balneum vigilie vesti-tivit episcopus. CHART. scrin. Col. A I p. 112 nr. 1 locus ... inter venditores -arum. al. b de hominibus: ALBERT. STAD. Troil. 6,702 dicamus ..., parte ... quot strate sint ab utraque -e. C de neuma quadam (ignota; de re v. LexMusLat. II. s. v. 'gula'): TABULA neum. p. 55 -a (gura var. l.), gradus vel gurgulus.

*gulab(i)us v. *gorab(i)us.

- *gulacitas (gol-), -atis f. edacitas, voracitas, gulositys – Gefräsigkeit, Fressgier, Völlerei: MIRAC. Eparch. 11 (MG Mer. III p. 563,3) ut non lucrum sue -is (gulositys, voracitatis var. l.) adipisceret (sc. dives). LIBELL. prec. Turon. add. 2 p. 64,10 peccavi ..., de ieuniis ..., quod sine aliqua necessitate per meam go-em fregi. cf. gulositys.

- *gulatus, -a, -um. (gula) pelliculus (ostro tinctis) distinc-tus, ornatus – mit (mit purpurrot gefärbten) Pelzstücken besetzt, verziert: RUODLIEB X 124 p. 111 cium ... induct-erat varicosum ... circumquaque -um (XIV 90). EUPOLEMIUS 2,668 Iperfanes ... pelles ... -as et manicas amplas ostentans. GERHOH. ad Innoc. p. 238,38 vestis -a et splendida. CHART. select. Altmann 83,11 dabit archiepiscopus ... culibet eorum (militum) pennam griseam -am cum merdrino limbo.

- *gulbium, -i n. (gu(l)bia, v. ThLL. VI/2. p. 2354,16sqq.) instrumentum ad radendum, purgandum, decorticandum aptum – Kratzer, Schaber, Schäl-, Rindenmesser (cf. W. Horn, E. Born, *The Plan of St. Gall. III.* 1979. p. 108 adn. 78): ADALH. brev. Corb. 13 p. 381,15 unusquisque habeat ad ortum excolendum ... scalprum unum, -um unum, falcilia duo.

*gulda v. gilda. guldernosus v. gutturosus.

gulfus v. 1. colpus. gulgustrum v. gurgustrum.

- *gulitia, -ae f. edacitas, voracitas – Gefräsigkeit, Fress-gier: ALBERT. M. Matth. 11,19 p. 355,34 quod perversi signum dicunt esse -ae, filii sapientiae ... dicunt summae sapientiae esse rationem.

gulla v. gula. gulose v. gulositys.

- gulositys, -atis f. usu plur.: p. 869,19. edacitas, voracitas, ingluvies – Gefräsigkeit, Fressgier, Völlerei: 1 in univ.: a de hominibus: a gener. et medic.: CONSTANT. AFRIC. theor. 9,37 p. 494 humores grossi ... nascuntur in eis (pueris) propter -em plurimam. LAND. MEDIOOL. hist. 2,22 p. 59,43 Heribertus Teutonicorum -em et animos vino deditos videns atque cognoscens. ALBERT. M. aet. 1,4 p. 311b,33 -s ... canina non provenit nisi ex frigiditate superflua (cf. vol. II. p. 162,30). DAVID. novic. p. 342,13 disciplinate comedat novicius et non

[Weber]

cum -e, quasi saturari non possit. *al. v. et p. 868,39.* **b** *theol. de peccato mortali:* ABBO SANGERM. serm. 10,7 propter ingluviem et -em fuit electus Adam de paradiso. CAES. HEIST. mirac. I 5,6 p. 286,33 prima (*sc. visio erat*) contra vitium -is. *al. b de animalibus:* FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 33,18 per maiores famem et per magis avidam -em. BRUNUS LONG. chirurg. 2,7,1 p. 124^E non dicuntur scroffulae ..., nisi quia multum accidit porcis propter -em eorum (*inde THEOD. CERV. chirurg. 3,24 p. 166^F*). ALBERT. M. animal. 23,136 si aliquando -e victus paleam cum grano sumpserit *passer*, strangulatur. **2 cuppedia, luxuria – Naschhaftigkeit, Feinschmeckerei:** HERBORD. Ott. 2,41 p. 141,9 de cuius (*allecis*) sapore vel crassitudine, -is arguerer, si dicerem, quod sentio. CHART. episc. Hild. II app. 29 p. 587,29 (epist.) non me illa reectorii (*sc. Hildesheimensis*) trahit -s. SALIMB. chron. p. 547,23 quantum subtilata est humana -s circa comedibilium rerum appetitum respectu primitivorum hominum, qui *eques*. **3 voluptas – Genuss:** ALFAN. premn. phys. 1,41 p. 12 delecta perfectione per ruinam necesse fuit subintrare -es (*PG 140,516^C τῆς ἀπολαύσεως*). **4 aviditas – Gier:** MENKO chron. 22 p. 336,3 forma conventionis ... propter suam et filiorum intolerabiliem -em mutata est, ut recuperet magister Everardus ad annum XXIV libras.

gulosus, -a, -um. script.: gyl-: *l. 47.* **gulus(us):** *l. 28. al. metr. gül-:* *l. 29.*

I *adi. i. q. cibi vel potionis avidus, edax, vorax, palatum delicatum habens – gefräßig, (ess)gierig, verfressen, naschhaft: A proprie: 1 de hominibus: a in univ.: PIRMIN. (?) scar. 27 p. 61,14 qui fuit ebriosus et -usus (-us var. l.), sit subrufus. MODOIN. ecl. 2,110 famem demum -us spernit avarus. CAPIT. episc. III p. 225,5 sacerdotes debent esse ... non -i, non iracundi. ALBERT. M. aet. 1,4 p. 311^b,33 est aetas (*sc. iuventutis*) -a ultra modum. CONR. MUR. summ. p. 160,11 mulier deridenda ... poterit nominari: ... girovaga, -a. EPIST. Worm. II 2 quid prodest exquisitus epularum delicias -um corpus esuriente anima delectare. *al. b de deo pagano:* BERTH. RATISB. serm. exc. p. 30,20 qui (*Bachus*) totus fuit ebriosus et furiosus et -us. **c per compar.: GREG. CAT. chron. II p. 215,13 multa ... ut vorator -us ... distrahebat abbas.** **2 de animalibus:** CONSTANT. AFRIC. theor. 4,3 p. 15b^v maxime in -is animalibus. CARM. de nat. animal. 1949 illas (*escas*) ... hic (*onocrotalus avis*) ruminat ore -o. ALBERT. M. animal. 7,24 magis -us est (*sc. mugil*) quam alii pisces. *al. B translate de rebus: 1 corporeis:* ALBERT. M. nutrим. 1,2 p. 327^a,23 ligna -a vel aliae plantae multam trahentia humiditatem nutritamentalem. **2 incorporeis:** ALDH. virg. I 29 p. 266,15 ut boves ... -a ventris in gluvi e voraciter glutture soleat *draco* (36 p. 284,9. WILLIB. Bonif. 8 p. 50,30 gy-am [-am var. l.] ventris satiare ingluviem). II 2497 protoplaustus ... cecidit prostratus fraude -a, dum *eques*. LIBRI Karol. 3,23 p. 444,11 Tantulum fingunt pictores ... in quadam lacu depositum eique fallacem aquam -is labia titilamentis adtingere (*ex Fulg. myth. 2,15*). ANDR. STRUM. Ariald. 17 p. 1061,4 illum ... usum -um, qui carnales tam clericos quam laicos in sabbato sancto ad nonam cogit misericordia sollemnia ... anticipare, ... damnabat. HILDEG. epist. 192 l. 6 iustitia montis facta est in via velut umbra per -am gulam errantium. FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 33,17 per -am aviditatem.*

II subst. masc. i. q. (de)vorator, lurco – Schlinger, Vielfraß: HEINR. AUGUST. planct. 1812 extat clamosus quasi corvus quisque -us. AMARC. serm. 1,370 cibus inmodicus facit egratore -um. CONR. MUR. summ. p. 123,23 si ... -us ... de abstinentia (*sc. laudatur*) ..., absonum est. *al.*

adv. gulose. voraciter, avide – schlingenderweise, gierig: 1 de hominibus: CARM. cent. 161,11 ut ... valeas (*sc. lurco*) sorbere -e innumeros ciatos. ALBERT. M. animal. quae. 2,20/26 p. 118,50 homines ... -e deglutientes sunt brevioris vitae. WILH. RUBRUQU. itin. 2 p. 176,8 bibunt *Tartari* certatim valde turpiter et -e. **2 de animalibus:** TRACT. de agric. cur. p. 267,17 ut lumbrici ... amara -e recipient. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 165,2 ut aves ... edant -e. p. 171,13 si ... carnes non tenerentur firmiter, falco nimis avide nimisque -e posset carnes comedere

***gulpa, -ae m.** (*cf. nederl. gulpen*) (*de)vorator, lurco – Schlinger, Vielfraß (*pro cognomine*): YSENGRIMUS 4,754 sequitur ... G-a Gehenna Minor, hinc patruus G-e (gribbe var. l.; *v. notam ed. p. LXXVII*).*

5 gulphus v. 1. colpus.
***gulpus, -i m.** (*cf. anglosax. gulp*) *haustus – Schluck:* PRAECEPT. diaet. V 2 hoc mense bibe III -os vini. *cf. gluttus.*
***guls (gulsus) subst. (roman. goulus a gulosus) (de)vorator, lurco – Schlinger, Vielfraß (*pro cognomine*): YSEN-**
10 GRIMUS 4,749 Griponis subeunt pignora ... duo: Guls (G-us, Glus var. l.) Spispisa prior, post natus Gvulfero Worgram (*v. notam ed. p. LXVI*).

***gultra v. 1. *cultra. gumba v. gummi.**

***gumbaria, -ae f.** (*(ko(v)μβάριον*) *genus navis (magnae)*
– (*großes*) Schiff, *Kumbarie* (*de re v. Reallexikon der Byzantinistik I. p. 414*): IOH. VEN. chron. p. 136,17 quas (*naves*) Venetici -as nominant.

gumen (cu-, gummen) *indecl. n. abl. sg.: -ini: l. 25.*
20 -ino: l. 24. *sucus plantarum, resina, kóμpi – Pflanzensaft,*

Gummi(harz): **1 natur.: COMPOS.** Luc. N 1 teris ... aurum ... et purgas eum ... cum cumen liquidum. N 15 -n auri colores (*inde COMPOS.* Matr. 22 gumme). ANTIDOT. Lond. p. 18, 42sq. gummen de cereseo < II ...; mittis dracantum et -n simul in uno in aqua. MAPPAE CLAVIC. 14 adiecto gummino trito.

25 52 contunde (*sc. colorem aureum*) et macera gummini liquido. *al. v. et l. 43.* **2 alch. in nomine ficticio: ANON. epist. p. 389 -n nostrum coagulat lac nostrum et lac nostrum dissolvit -n nostrum.**

***gumfano v. *gunfano.** ***gumfita v. *confita.**
30 gammatus v. *gummo.

gummi (gumi) *indecl. n. (?f.: l. 63) vel gumma (guma), -ae f.* (*interdum indecl., e. g. l. 48*) (*κόμη*, cf. THLL. IV. p. 1379,40sq. s. v. cummi) *script.: cu.: l. 68.* *gomma: l. 53.*

35 gugma: l. 67. adde COMPOS. Luc. M 14. P 15. *gumba: l. 49.* **gu(i): l. 63.** -me: l. 22. 44. *adde COMPOS.* Matr. 20,5. 21,6. 74,5. *form.: ?gen. sg.: com(m)e(o)s: l. 45,46,63. adde ANTIDOT.* Augiens. p. 59,46. PAUL. AEGIN. cur. 7. 26. *ibid. al. comeus: l. 44.* *gum(m)eus: l. 47.* *abl. sg.: -o: l. 69. adde HERACLIUS I 18,4. coniunctum scribitur guiarabica: l. 63.* *confunditur c. gemma: p. 871,11.*

G) dactilici? qui tantum sex pedibus dactilicis constant praeter
bella et facta herorum quolibet aliud continentis. RHYTHM.
149,497 e-is reciprocare . . . versiculis. HERIG. Ursm. tit. incipit
vita . . . metro e-o composita. PURCH. Witig. praef. l. 30 sub
e-is versibus. EPIST. Worm. I 43 p. 79,15 e-a . . . prolocutione.
SIMON SITH. gest. 1,15 epigrammate. persaepe. v. et vol. II.

15 p. 358,6. III. p. 302,68. 1556,63. adde: WANDALB. ad
Otric. p. 570,40 quod (*carmen heroicum*) . . . e-o numero ped-
um constat. 2 *subst. masc. (neutr.:* l.21) i. q. *versus – r –*
Hexameter: WALAHFR. carm. 38,95 loquacibus usus e-is.
WANDALB. ad Otric. p. 570,8 pentametrum et e-um per simpli-
ces pedes computamus. EBERH. ALEM. labor. 263 historias ha-
bet – um servitque querelae pentametrum. saepe. v. et p. 352,1.
vol. III. p. 3,5. 591,16. 692,50.

***hexameticus** (e-), -a, -um. t. t. gramm. et metr. i. q. *he-*
xameter – sechsfüßig, ‘hexametrisch’: v. l.8.

25 ***hexapharmacum** (exafa-), abl. -o n. (ΞΞαφάρμακον)
medicamentum ex sex partibus efficacibus compositum –
Arznei aus sechs Wirkstoffen: PAUL. AEGIN. cur. 260 exaf-
(3,79,2 τῷ ΞΞαφαρμάκῳ) utere.

26 **hexas** (e-), -adis f. (m.: l.32) (ΞΞάς) gr. *scriptum:* l.32.
30 **senarius** (numerūs), *sexis – Sechszahl, die (Zahl) Sechs:*
HEIRIC. Germ. I 6 praef. 1 expensas operis claudit pulcherri-
mus ΕΞΑΣ (gloss.: senarius). EUGEN. VULG. syll. 2 prol. p.
413,9 quod . . . partes eius (sc. numeri duodenarii) monas, dias,
35 trias et tetras necnon etexas insunt, omnia mystice trufusa (sic)
secretorum arcana respondent.

***hexastrophos** (e-) adi. (*ΞΞάστροφος; cf. δίστροφος
sim.) t. t. gramm. et metr. i. q. *sex versibus constans – aus*
sechs Versen bestehend, *sechszeilig*: METELL. Quir. 28tit. ode
monocolos e-os (fom. a. item 68tit.). 40tit. ode dicolos e-os
40 (item 41tit.).

36 **hexasyllabus** (e-), -a, -um. (ΞΞασύλλαβος) t. t. gramm. et
metr. i. q. *sex syllabas habens – sechssilbig:* subst. masc. i.
q. *versus sex syllabas habens – sechssilbiger Vers:* WALAHFR.
metr. 61 trisyllabi cum trisyllabis copulati sexaginta et qua-
45 tuor -os efficiunt, quos eqs. (duplicatis trisyllabis cum trisyll-
labis LXIV e-i nascuntur O).

[*hexatetrascius* v. hex et **tetracosii.*]

***hexatonus**, -i m. (ΞΞ et τόνος) t. t. mus. i. q. *sexta –*
50 *Sexte:* IOH. AEGID. mus. prol. 29 de . . . tetratom, pentatoni
sive diapente, -i . . . natura.

hexecontalithus (exac-, exc-, -ll-, -icus, -itos, exacolitus sim.),
-i m. (ΞΞηκοντάλιθος) *de quadam gemma varia:* MARB.
RED. lap. 38 tit. de exa-to (exa-co, exc-to var. l.). 538 exa-tos
(exa-cus, exa-tus, exc-llitos var. l.) lapis ex re nomen adeptus,
55 qui sexaginta modico gerit orbe colores. ARNOLD. SAXO flor.
3 p. 72,11sqq. exacolitus lapis est varius; . . . exa-tus lapis est ex
sexaginta coloribus distinctus (item add. p. 391,14 exa-cus).

***hexicholus** (e-), -a, -um. (ΞΞις et χόλος) *iracundus –*
jähzornig (usu subst.: l.63): ALBERT. M. eth. II 4,2,10 p.
312^b,26 aliquando dicuntur *acrocholi* e-i ab ΞΞις, quod est veloci-
tas, et χόλος, quod est ira. p. 313^a,30sqq. difficiles . . . isti di-
cuntur eo, quod aliquando habent superabundantias aliorum,
e-i . . . et amari; velocis . . . irae sunt manifesti sicut e-i eqs.

***heyssessinus** v. *assassinus. hi- v. et i-.

65 **hiacin-** v. hyacin-. **hiades** v. hyades.

(hiam), hias, hiat, hiant v. 1. eo.

***hiator**, -oris m. (cf. francog. vet. hiier; v. DEAF H. p.
468sqq. s. v. hiiier¹; cf. et DuC. s. v.) *de operario in construc-*
70 *tio via fort.* i. q. *silicarius – viell.:* Pflasterer: v. vol. III. p.
541,16 (v. *notam ed.*).

hiatus (i-, (h)ya-), -us m. abl. sg. -o: p. 1007,45. c. gen. in-
haerentiae: p. 1007,8.

foramen, rima, caverna – Loch, Lücke, Kluft, Spalt, Riss: 1 proprie (in imag.: l. 179qq, 33,35): a in univ.: POETA SAXO 4,48 nec, qua prorumperet . . . vis venti, patulos usquam reperi- ret -us. AGIUS vita Hath. 12 t e r r a e -um vidisse (ANNAL. Quedl. a. 1013 p. 540,7 -us t. patuit. al.). EGBERT. fec. rat. 1,264 de folle accipias obturans follis hyatum. RUD. TRUD. (?) gest. 9,20 quod (monasterium) ante annos multos combustum . . . ruinae -um prebebat. VITA Heinr. II. A 11 p. 281,6 hyatum (-um var. l.) vulneris . . . sanatione redintegravit s. Benedictus (inde VITA Meinw. 23 p. 29,5 -u vulneris . . . sanato. sim. LAMB. LEOD. Matth. I 1045 ceco . . . patebit plaga hyatu. al.). ANNAL. Scheftl. II a. 1259 civitas . . . per terre motum et maris -um submersa est. saepe. b fossa – Graben: LIGURINUS 7,530 hunc (murum) vasto precinxerat ager hyatu. c abyssus, profundum – Tiefe, Schlund (in imag.): PAULIN. AQUIL. c. Fel. 2,28 l. 16 quam periculosius duruarum tibi grandi discussione voraginis -us pater fovearum. PETR. DAM. epist. 44 p. 12,5 in oblatrantis Caribdis -us (i- V2) incidimus. COD. Lauresh. 123c p. 392,2 a v a r i t i e sue pandit archiepiscopus -um (CHART. Mog. A II 573 p. 947,6. sim. EPIST. Meginh. 41 p. 244,21 ad explendos Romanę cupiditatis -us [hy- var. l.]. al. cf. et p. 1008, 8). AMADEUS LAUS. hom. 8,94 quoties . . . hos (sc. aliquos mare praesentis saeculi navigantes) Scytlea vorago -u horribili mergeret, . . . nisi „stella maris“ (i. Dei mater) . . . obstisset. al. d fauces, os (vulcani) – Krater, ‘Mund’: ROD. GLAB. hist. 2,13 Vesuvus mons . . . solito multipliciore hyatu evomens . . . saxorum multitudinem. e fenestella – Luke: ABBO SANGER. bell. 2,406 quam (sagittam) nauclerus in ascellam per navis iatum . . . accepit. f os dolii – Spundloch: EKKEH. IV. bened. I 43,46 flasco stat inflatus, nec erat preclusus -us. REIN. ALEM. phagifac. 266 in haustu ultra, quam liceat, tibi corripia- tur -us. g intervallum – Abstand (in imag.): GERB. (?) astrolab. 6,2 ne nimio -u abigatur intentio. h os (hians) – (offener) Mund (in imag.): HILDEG. vit. mer. 1,65 l. 915 sordes . . . vitiorum ab -u perversitatibus sue evomens serpens antiquus. al. CARM. Bur. 21,5,11 patentibus -bus avaris (sc. ministrorum altaris). de actione i. q. o scitatio, rictus – das Aufsperrn (des Mundes): RUP. TUIT. trin. 41 l. 640 o quantos . . . -us oris et gutturus eius (draconis). ARCHIPOETA 2,55 cetus . . . more suo dans -um (spectat ad Vulg. Ion. 2,11). CONR. EBER. exord. 3,15 l. 66 rabido . . . -u efferebatur belua in eum (servum Dei) quasi vivum devouratura. ALBERT. M. animal. 2,56 ‘quaedam animalia sunt magni oris’ et iatus (cf. p. 502a,6 τὰ στόματα ἀνεργούστα) et ‘quaedam parvi’. 8,46 ‘aperit crocodilus os’ magno hyato. al. 1 apertio – Öffnung, das Aufmachen: WA- LAHFR. hort. 168 inter utramque manum parvo fit parvus -u (gloss. L: apertione) exitus. ALBERT. M. animal. 1,460 ‘obvit ei (spermati) orificium interius matricis cum’ iatu (Avic. canon. 3,20,1,1 apertione) ‘et forti attractione’. 1,560. 2 meton.: a halitus, flatus – Hauch, Atem(zug): VITA Lupi Trecc. 8 (MG Mer. VII p. 300,3) in quo (aegroto) -us frigidus (frigide 2a) de-signabat, (-us f. alitus designabat 2c, -us frigidus designabat 3) robor extinctum. WALTH. SPIR. Christoph. II 3,106 de culmine sedis corruit princeps et tumido suffocat verba palato; . . . ubi seclusę vocis percepit -um ac membris validus caput extulit atque tribunal insedit eqs. HILDEG. scivias 3,11 l. 292 destituuntur -us sibilorum diabolicarum artium. ALBERT. M. sent. 4,20 p. 831,32 paenitentia . . . etsi in extremo vitae -u advenit, sanat. al. suspirium – Seufzer: LIBER revel. Rich. 106 p. 127,12 intulit unus (sc. daemon) cum magno hyatu: ‘eqs.’ b ventus – Wind: WILBR. peregr. 1,22,20 longas eorum (sc. clericorum) barbas, que illorum pectora sicut quedam plenaria contegebant, multo -u vidimus laborare. c haustus – Schluck: YSENGRIMUS 5,1007 omnia non sorbent praesules, parco ba- chantur -u. d facies – Angesicht: ARNOld. LUB. chron. 7,16 dux intuitus leonem fusilem . . . ait: quoisque -um (hy- var. l.) vertis ad orientem? 3 translate: a gener.: a in bonam partem i. q. votum, desiderium – Wunsch, Verlangen: EPIST. Worm. I 21 p. 40,32 cum me huiusc (sc. persuasionis) coloris (sc. dicendi) -u non digner, restat, ut eqs. GISLEB. EL- NON. inc. 3,11 os designatum (sc. puellae mutae sanatae) pan- dit rationis -um. GODEFR. VIT. Frid. 1024 digno monocrator

yatu iussit, ut eqs. al. β in malam partem i. q. cupiditas, aviditas – Begierde, Gier: CARM. de Karolo et Leone 363 unius in casum multorum saevit -us. VITA Galli II 1803 ne me flamma vorax crudeli sumat hyatu in chaos inmensum demer- gens. CONR. HIRS. mund. cont. 127 ad incognita nobis quo- dam -u ceci appetitus anhelare. CHRON. Reinh. a. 1201 p. 565,12 de hoc suo tam tumultuoso hyatu . . . Lupoldus extor- puit. CONST. imp. II 424,3 avaricia sue (sc. ecclesiae) y-bus (cf. et p. 1007,19). CARM. de Iuda 2,157 caro fert languoris hyatus (spectat ad Vulg. Matth. 26,41). al. de morbo, passione (fe- brili [‘Sucht’]; cf. J. u. W. Grimm, Deutsches Wörterbuch. X/4. 1942. p. 866): GODEFR. VIT. Frid. 677 qua (sc. in monte Miato) requiem capiunt, quos fervidus urget yatus. b mus. de defectu: HERM. AUGIENS. mus. p. 20,20 ut eum (tonum) ad suum -um complendum valeant consonantiae corrogare, omnes suas mensurabiles partes . . . properent comportare. Ps. ODO CLUN. mus. p. 268a,6 ne . . . plures -us et extensiones vocum dissonantiam praestent. A RIBO mus. p. 34,6 cum -us diezeugis, id est disiunctionis tetrachordorum, patribus nostris . . . ca- nendi praetendisset offendicula, . . . interposuerunt trite synem- menon ad emendandum iubilationis defectum. c gramm. de concursu vocalium (‘Hiat’): ERCHANB. gramm. p. 106,12 ad evitatem -us. EBERH. ALEM. labor. 825 quae sunt effugi- enda, vide: . . . crebrae concurrente vocales, surgit -us. LUDOLF. summ. 3 p. 369,5 antiqui septem viae solebant vitare, scilicet hyatum, ut ‘carmina amara’ eqs. CONR. MUR. summ. p. 55,14sqq. quintum (sc. vitium dictaminis) est hyatus vocalium similium vel dissimilium eqs. al.

[hibeos v. hibiscum.]

30 hibernalis (hyb-), -e. ad hiemem pertinens, hibernalis – winterlich, Winter-: WILLIB. Bonif. 5 p. 19,12 cum . . . -e iam tempus praeteriret et calor estatis candesceret. ADO VIENN. chron. (MGScript. II p. 318,14) Drogo . . . defungitur hy-i tem- pore. PAUL. BERNR. Greg. 52 vir . . . ille . . . algore -is noctis afflictum allatis calefecit pellibus. al. usu subst.: HUGEB. Willib. 3 p. 92,4 dum ille gelidus . . . hiemps transiendo preteriit -aque (-eque p. corr. 2, 3; vernaleque 4. 4a.b; cf. E. Gottschal- ler, Hugoburg von Heidenheim. 1973. p. 27; aliter nota ed.) iam incumbendo instaret germen.

40 *hibernaticus (ive-, yve-, -agus sim.), -a, -um. 1 adi. i. q. ad hiemem pertinens, hibernalis – winterlich, Winter-: RE- GISTR. Prum. 45 p. 202,1 fiman de illorum fimum iornalem di- midium ad -am sationem ad sigulum seminandum. 2 subst. neutr. i. q. frumentum hibernum – Wintergetreide (cf. D. Vitali, Mit dem Latein am Ende? 2007. p. 508): REGISTR. Foss. I 1 arant mansi ad iv-um unusquisque perticas IV (sim. 2, 3. al.). REGISTR. Elnon. 2 de his (terrae arabilis bunariis) se- minantur ad -um bunaria V de modiis XX (sim. 3. al.). TRAD. Altaerip. 213,4 pro anno censu unius modii de hiv-gio (inde CHART. Altaerip. 16 p. 355,39 de hiv-gio [sim. 23]). GISLEB. MONT. chron. 16 canonici . . . habent quoquo anno a maiore ecclesia . . . quatuor modios yv-gii pro missa, que eqs. 249 p. 324,21 ut . . . habeat sacerdos XV modios segetis, medietatem . . . iv-gii et medietatem avene (item 251 p. 326,17).

55 *hibernicus (yb-), -a, -um. ad hiemem pertinens, hibernalis – winterlich, Winter-: CARM. var. Walther 1,66,1 estas: o furor y-e, stridor glacialis!

hiberno (inve-), -are. hiemem agere, hiemare – überwin- tern, den Winter verbringen: ALCUIN. epist. 50 de hiemali mansione, in quo palatio . . . -are dispositum habeat rex. AN- NAL. regni Franc. a. 797 p. 102,1 ad -andum (a. 818 p. 149,6 [hi- emandum var. l.]). a. 814 p. 140,10. al. c. sensu (com)ma- nendi (in imag. de s. Otmaro sepulto): EKKEH. IV. bened. I 43,60 hic flos virtutis Suevis inv-at acutis.

65 hibernus (i-, hyb-, (h)ive-), -a, -um. confunditur c. vernus: p. 1009,1,2,5,10. 1 adi. i. q. ad hiemem pertinens, hibernalis – winterlich, Winter-: a in univ.: WANDALB. mens. 336 -o terras urente rigore. POETA SAXO 3,353 indigenas . . . dare compulit ipsis (populis) -as sedes. 3,631 -a quies. VITA Adalb. Prag. 14 -i (hy- var. l.) maris inconstancia. Ars med. 8 p. 431,39 hiv-um aequinoctium. al. b iunctura tempus -um sim. i. q. hiems – Winter: ANNAL. Petav. a. 784 (MGScript. I p. [Pörmbacker]

17,13) eodem anno v-i (*codd.*, inverni *ci. ed.*) temporis. a. 786 (p. 17,19) „in v-is (invernisi *ed.*) temporis (v-o tempore *var. l.*) perrexit dominus rex . . . in Italiā. WANDALB. mens. 298 tempus . . . -um. POETA SAXO 1,130 temporis -i. 2,128 -as . . . horas. ARS med. 8 p. 431,37 annus . . . exordium habet a v-o tempore. *al.* 2 subst.: a masc. et neutr. i. q. *hiems* – Winter: SERMO de sacril. 17 qui in mense Februario -um credit expellere. ORD. Rom. 18,9 omne, sive estate sit sive -um, tempore. 19 tempore -i (ANNUAL. Ful. II a. 841 p. 33,1). ANNUAL. Lauresh. a. 709 vernus (iv-us CA [*cf. ed. E. Katz p. 28*]) durus et deficiens fructus. a. 764 -us grandis et durus (*sim.* ANNUAL. Hild. a. 975 -us fuit longus, durus et siccus). ANNUAL. Alam. a. 797 Karolus rex . . . ibi (*sc. in Saxonia*) resedit i-um (-um rec. B) totum. *al.* b neutr. plur. i. q. *castra* -a – Winterquartier: ANNUAL. Einh. a. 763 dimisso in -a exercitu (*sim.* a. 767. a. 782 p. 65,5. *al.*). *v.* et p. 905,39.

hibiscum (viscum, vissum [*cf. ThLL. VI/3. p. 2691,26sqq.*], eb-, (a)evi-, i-, ivi- *sim.*), -i n. vel **hibiscus** (evi- *sim.*), -i m. (-a, -ae f. [*cf. Abd. Wb. IV. p. 1441*]: l. 31,33,37. *al.*) (ιβίσκος) script. et form.: cius- vel cois- (*ni leg. iuiss-*): l. 35,36. ivis (*cf. ThLL. VI/3. p. 2691,19*): l. 32, -cha: l. 33,34,37. ?hibeos: ANTIDOT. Bamb. 34. sg.: gen. -u: l. 33. *adde* ANTIDOT. Augiens. p. 61,38. *al.* indecl. -o: l. 30. *adde* ANTIDOT. Sangall. p. 99,12. *al.*

althaea, malva (agrestis) – Eibisch, Hibiskus (*Althaea officinalis L.*; cf. André, Lex. bot. p. 161sq. et Plantes. p. 123): 1 usu pharm.: ANON. herm. p. 97,5 altea, id est ev-us. RECEPTE. Lauresh. 1,6 unguentum dialtea . . . recipit hec: i-i radices eqs. (*item* ANTIDOT. Bamb. app. p. 39,21 ev-i. ANTIDOT. Glasg. p. 124,17 evissi. *al.*). 2,232 absencio, i-o (ebco cod.), malvas . . . quoquis. 4,63 ev-e sucus. FRAGM. mul. II 35 radices de ivis (aev-o III 65) multitudinem (sic) eqs. ANTIDOT. Augiens. p. 59,5 viscu unc. VI eqs. HILDEG. phys. 1,142 i-ha calida est; . . . qui febres habet, . . . i-ham in aceto tundat eqs. TRACT. de aegr. cur. p. 88,25 accipe ciusci, i. altee, radices (*sim.* p. 286,44, 308,3). p. 381,13 recipe co-um, id est bimalvam, malvam eqs. CHIRURG. Sudhoff II p. 434 de althea, id est de iv-a (iv-ha p. corr.), dimidiam marcam. saepe. v. et vol. I. p. 516,18sqq. in lusu verborum: ODO MAGD. herb. 368 hanc ipsam (*althaeam*) dicunt ev-um, quod quasi visco illius radix contrita madre videtur. 2 in poesi: AMARC. serm. 2,531 ut fungus surgit vel -us. CARM. de Rob. 38 conlige nobiscum vernos flores et -um. cf. malvaviscus. Pörnbacher

*hiblifluus v. *hyblifluus. hibrida v. hybrida.

1. hic, haec, hoc pron. demonstrativum.

Caput primum: I script.: A iunctim: deo: p. 1012, 6. nilitorum: p. 1014,2. non-hoc: p. 1012,40. posthaec: p. 1016,18. B in script. secreta hsedc*i* (i. hec): HUGEB. Willib. subscr. (*cf. B. Bischoff, StMBCO 1931. 49. p. 387sq.*).

II form.: A formae simplices: 1 sing.: a masc.: a nom.: [hic: VITA Heinr. IV. p. 37,21 (*ni spectat ad adv.*)] hi: WALTHARIUS 837 (*var. l.*). **B** gen. (*generis communis*): iuiss: p. 1012,61. *adde* CHRON. Fred. 464 p. 152,19. DIPL. Heinr. II. 299 p. 369,26. *al.* uiuiss: p. 1012,67. huius: LEX Baiuv. 10,9 (*var. l.*). 10,11 (*var. l.*). huius: p. 1019,10. ?hii: FORM. Sal. Merk. 44 (hii testamenti . . . auctoritas; an leg. haec: v. notam ed.). huius: WALAHFR. hort. 173 (*a. corr. K.*). **γ dat.** (*generis communis*): hic: p. 1013,50. hoc: DIPL. Ludow. Germ. 26 p. 32,27 (*an abl.?*). huius: p. 1012,70. huius: p. 1012,36. **δ acc.** unc: WALTHARIUS 914 (*var. l.*). 1228 (*var. l.*). **b fem.:** a nom.: anc: p. 1012,15. ec: p. 1012,37. *adde* CHART. Sangall. A 6. hec: p. 1014,60. *adde* POETA SAXO 2,171. THIETM. chron. 2,41. *al.* hec: *passim*, e. g. CHART. Rhen. med. I 8 p. 10,29. FROUM. carm. 7,9. haaec: TRAD. Patav. 33^a p. 29,17. **β acc.:** anc: ALDH. virg. II 2671 (*a. corr.*). FORM. Andec. 22 p. 11,28. CONC. Merov. p. 219,19. anch: CHART. Sangall. A 397. ach: CHART. Sangall. A 397. hec: DIPL. Otton. I. 111 p. 195,8. hac: p. 1016,67. haec: ARBEAO Emm. 12 p. 44,2 (*hanc var. l.*). LEX Ribv. 77 (*hanc var. l.*). han: DIPL. Karoli III. 37 p. 64,13. **γ abl.:** ac: *passim*, e. g. p. 1012,56. ác: p. 1012,57. ha: EINH. Karol. 33 p. 38,13 (*testam.*) (*var. l.*). **c neutr.:** a oc: VITA Sigir. 23 (MGMer. IV p.

619,35). **β acc.:** oc: p. 1013,72. *adde* FORM. Arvern. 1^a. FORM. Sal. Merk. 28 p. 252,14 (*?coc a. corr.; v. notam ed.*). *al.* os: p. 1012,50. ho: p. 1014,10. **γ abl.:** huic: WILLIB. Bonif. 5 p. 24,17 (*hoc var. l.*). ?CHART. Mog. B 70 p. 73,37. *al.* ho: p. 1012,34. **2 plur.:** a masc.: a nom.: hic: *passim*, e. g. p. 1014,39. *adde* CHRON. Fred. 1,5 p. 21,10. THIETM. chron. 2,7; in ligatura hy: p. 1014,22. his: PASS. Leod. 23 (MGMer. V p. 305,5) (hi, hii var. l.; item 27 [p. 308,1]). **β dat.** hii: RUOTG. Brun. 32. **γ acc.:** os: FORM. Marculf 1,17 l. 6 (hos var. l.; item 1,33 l. 6, 2,9 l. 2,35). FORM. Senon. I 7. 8. 33. hus: DIPL. Merov. I 137 p. 347,41 (*item 138. sim. 170*). **δ abl.:** is (*ni subest iis*): ACTA reg. Burgund. 39 p. 155,25. EPIST. Teg. II 176 p. 207,34. hii: *passim*, e. g. THIETM. chron. 2,11. ?hic: ARBEAO Corb. 17 p. 207,3 (*his ed.* Brunhölzl p. 114,33). **b fem.:** a nom.: ae: p. 1012,35. aec: EPIST. pont. Rom. sel. I 2 p. 19,36. hee: p. 1014,20. *adde* WIDUK. gest. 3,18 p. 114,12 (*var. l.*). hee: THIETM. chron. 2,25. 7,55 p. 468,16. hee: THIETM. chron. 8,13 p. 508,25. hee: p. 1016,11. haec: ALDH. ad Acirc. 131 p. 178,18 (hec, hae var. l.). PIRMIN. scar. 27 p. 62,27 (*he var. l.*). DIPL. Otton. II. 84. **β gen. arum:** p. 1013,14. **γ acc.:** as: FORM. Senon. I app. 3. FORM. Sal. Bign. 23. 24. LIBELL. prec. Paris. 1 praef. hás: TRAD. Frising. 671 p. 566,8 (*har a. corr.*). **δ abl.:** hii: p. 1012, 14. *adde* ARBEAO Emm. 3 p. 31,19 (*var. l.*). THIETM. chron. 8,2. DIPL. Heinr. IV. 112 p. 148,2 (*inde 113 p. 149,30*). persaepe. **c neutr.:** a nom.: hec: ANTIDOT. Lond. p. 19,28. HRABAN. epist. 8 p. 393,27 (*var. l.*). 46 p. 500,34. hec: *passim*, e. g. HRABAN. epist. 11 p. 398,8. TRAD. Frising. 1315da. he: WIDUK. gest. 2,24 (*var. l.*). ?hic: TRAD. Ratisb. 51 (*ni subest adv.*). **β acc.:** ec: p. 1017,55. *adde* LEX Alam. 21 (*var. l.*). hec: *passim*, e. g. CONC. Karol. A 16^A,6. THIETM. chron. 4,66. hec: *passim*, e. g. HRABAN. epist. 41 p. 480,2. OTLOH. vis. 5 p. 63,4. hae: p. 1014,17. haet: LEX Baiuv. 14,17 (*var. l.*). **γ abl.:** hii: THEGAN. Ludow. 9 (*var. l.*). RIMB. Ansar. 33 p. 64,25 (*var. l.*). THIETM. chron. 1,13 p. 20,4. al.

B formae compositae: 1 sing.: a masc.: a nom.: hicce: p. 1014,6. 1018,13,55. *al.* hiccae: p. 1014,5. hiccine: p. 1012,22. *adde* LAMB. WAT. annal. a. 1158 p. 531,44. **β gen. (generis communis)** huiusce: p. 1012,30 (*huiuscae var. l.*). p. 1014,14. *adde* VITA Sollemn. 6 (MGMer. VII p. 316,8). DIPL. Ludow. Germ. 26 p. 32,23. HROTSV. Pel. 25. *al.* **γ acc.** huncce: p. 1012,21. **b fem.:** a nom.: haeccine: p. 1014,15,16. hecque: TRAD. Ratisb. 3 (*ni subest -que encliticum*). **β acc.:** hancce: p. 1012,29. hancmet: p. 1014,19. **γ abl.** hacce: p. 1012,46. **c neutr.:** a nom.: hocce: PASS. Ursulae 19 p. 154,26 (*hoc var. l.*). hoccine: p. 1014,7,8. **β acc.:** hocce: p. 1013,48. 1014,13. *al.* hoccine: p. 1014,48. **2 plur.:** a fem. abl. hisce: METELL. exp. Hieros. 4,413. **b neutr.:** a nom.: haeccine: MEGINH. BAMB. fid. 1 p. 256,16. haecine: p. 1015,2. *adde* EINH. epist. ad Lup. p. 9,32. **β acc.** haecine: p. 1012,29. *adde* ALDH. ad Acirc. 139 p. 192,31 (*haec in exempla codd.*). **γ abl.** hisce: WALAHFR. carm. 5,77. RIMB. Ansar. 2 p. 21,9 (*var. l.*). METELL. exp. Hieros. 3,389.

III struct.: A soloecismi (*exempla paucissima*): 1 confunduntur genera (et numeri: l. 60): VITA Galli I 6 hec fuit primum signum. CHART. Sangall. A 9 hunc (*ni leg. hanc*) cartola (*ter*). VITA Goar. 7 p. 418,7 propter hoc causa, ut eqs. TRAD. Frising. 105^a per haec testes. 522 p. 447,34 ipse census hoc est: eqs. THANGM. Bernw. 32 immensa multitudo . . . ; hos concivit Sophya (*constr. ad sensum*). persaepe. 2 confunduntur numeri (et genera: l. 63,64): CHART. Rhen. med. I 8 p. 11,10sq. (a. 720) hoc sunt villas nostras eqs.; hoc sunt sessi cum eqs. (*sim.* CHART. Ful. B 55 p. 91,21 de alia vinea hoc sunt fines eqs. *al.*) TRAD. Frising. 36 p. 64,14 sit haec omnia in potestate eqs. persaepe. 3 confunduntur casus (et numeri: l. 67): VITA Desid. Vienn. 1 hac (*sic?*) victories. FORM. Marculf 1,2 l. 22 ut huic series debuit plenius declarare. TRAD. Frising. 8 p. 35,21 contra haec donationem (*sim.* 9^b haec donatione scripsi. *al.* TRAD. Patav. 10 haec nomina testium hanc donationis signum). 31 p. 59,12 in hunc mundo. ALCUIN. Ved. 4 (MGMer. III p. 419,3) huic (*hoc var. l.*) praesenti miraculo in fidem . . . confor-

tatus rex. FORM. Sal. Merk. 16 p. 247,33 contra hac parem suum. *persaepe*. B *postponitur passim*, e. g. TRAD. Patav. 2. ANNAL. Xant. a. 867 p. 24,17. THIETM. chron. 2,39. C *pendet gen. partitivus vel explicativus ex pron. loco vocis simplis*: ARBEO Emm. 35 p. 79,25. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,155. v. et p. 1013,24sqq.

IV metr. et prosod.: A *de formis*: *masc. nom. sg.*: hic: METELL. exp. Hieros. 1,286. al. RAPULARIUS 255. hic: AGIUS epic. Hath. 600. METELL. exp. Hieros. 1,337. RAPULARIUS 417. al. *neutr.:* *nom. sg. hōc*: ALCUIN. carm. 1,378. METELL. exp. Hieros. 3,607. 658. acc. sg.: METELL. exp. Hieros. 5,329. al. WILLETR. Sus. prol. 14. *monosyll. (in synae-resi)*: huic: p. 1018,27. adde POETA SAXO 1,273. WALTHARIUS 60. THEOD. TREV. Liutr. 24,1. THIETM. chron. 2 prol. 4. METELL. peripar. 2,5. 6,36. MART. VALER. buc. 4,78. al. hii: METELL. exp. Hieros. 2,226 (*an hī?*). 5,135. 6,445. LAMB. LEOD. Matth. I 1777. hii: THIETM. chron. 6 prol. 14. ERINH. Heimer. 207. CHRON. rhythm. Col. 5,14. 46. heē: METELL. exp. Hieros. 4,43 (*pro has; v. notam ed. p. 157*). bisyll. hūic: WALTHARIUS 36. WALTH. SPIR. Christoph. II 6,212. THEOD. TREV. Liutr. 75,1. 92,1. **B de aspiratione (b littera consonans):** ALDH. ad Acirc. 11 praef. 25. virg. II 2899. CARM. de Nyn. 165. GODESC. SAXO carm. 93. POETA SAXO 2,160. TRACT. Micon. prol. 2 (MGPOET. IV p. 932). INVENT. Quint. I 49 (MGPOET. IV p. 993). II 61 (p. 998). *saepe*.

V confunditur c.: ac: WALTHARIUS 27 (*a. corr.*). ex: TRAD. Lunaelac. 87 (*cod. pro hec*). WALAHFR. Wett. 334 (*var. l. pro hac*). hic (*adv.*): CAND. FULD. Egil. II 24,11 (*var. l. pro his, hic Becht-Jördens*). hinc (*pro huic*): WANDALB. mens. 80 (*var. l.*). WALTHARIUS 1018 (*var. l.*). *saepe*. huc: HRABAN. epist. 11 p. 398,11 (*a. corr. pro hoc*). WALTHARIUS 497 (*var. l. pro hic*). ille (illis): ARBEO Emm. 23 p. 58,12 (*var. l. pro his*). is: *passim*, e. g. *frequentatur a* THIETM. chron. fort. *huc spectant*: p. 1010,5. 12. 16. 17. 18. 23. 34. nam: WIPO gest. 39 p. 59,32 (*var. l. pro hanc*). nunc: WALTHARIUS 720 (*a. corr. pro hunc*). qui (cuius): ALDH. virg. II 877 (*var. l. pro huius*). CHRON. Salern. 54 p. 55,14 (*cuius ed., huius cod.*). quod: THEGAN. Ludow. 20 p. 206,1 (*var. l. pro hoc*). sic: ALDH. virg. II 1380 (*var. l. pro hic*). tunc: ALDH. virg. II 835 (*a. corr. pro hunc*). LEX Alam. 57,5 (*var. l. pro hoc*). WALTHARIUS 939 (*var. l. pro hunc*). 1228 (*a. corr. pro hunc*). ut: LEX Baiuv. 1,1 (*var. l. pro hoc*).

Caput secundum: ὅδε, οὐτος – *dieser (hier)*: I mera vi demonstrativum, i. δεικτικόν: A *usu pron.*: 1 exempla praesertim usum gramm. illustrantia: a spectat ad I. personam: TRAD. Frising. 1 p. 27,25 (a. 744) hereditas mea haec. HRABAN. epist. 20 p. 426,13 hoc opus meum (*sim. RUOTG. Brun. prol. p. 2,19. al.*). WALAHFR. carm. 25,4 quam (*fidem*) vobis (*sc. imperatori*) servare diu . . . hanc animam (*i. me*) veluti nitar ad usque obitum (*sim. CAND. FULD. Egil. II 11,17* nec terruit hoc cor [*i. me*] horridus iste [*sc. muneris abbatis*] labor). GERH. AUGUST. Udalr. 1,26 l. 37 quando anima mea derelicta est hoc corpus. OTTO FRISING. gest. 2,30 p. 137,9 qualiter . . . robur ab hac nostra urbe translatum sit ad . . . urbem regiam. *persaepe*. v. et p. 1015,5. **b spectat ad II. personam:** CAND. FULD. Egil. I 9 p. 227,9 in hac electione vestra (*sc. fratrum*) . . . vigilate. HRABAN. epist. 42 p. 487,20 vide, frater, ne hac licentia tua in predicando offendiculum fiat infirmis. WALAHFR. (?) carm. 83,9,1 hic topus vester (*sc. ss. Sergi et Bachi*) vocitatur Alba Civitas. AGIUS epic. Hath. 212 fomentum . . . liquet esse doloris hos vestros (*sc. sororum*) fletus eqs. VITA Heinr. IV. p. 36,6 rex bone, . . . supernam iram in hac sorte tua recognosce! *saepe*. **c spectat ad III. personam:** ARBEO Corb. 15 p. 204,8 se nequaquam recedere ab huius trahitis perfectione professus est. Emm. 5 p. 34,23 ut . . . abbas huius (*i. Theotonis loquentis*) provintiae cenubii . . . proles cupare non recusaret. CASUS Petrish. 1,41 cum . . . respondebant habitatores, hos (*i. se*) esse suos (*i. eius, sc. comitis*) homines et . . . advenisse, ut eqs. *saepe*. **d loco pron.** ille de temporibus remotioribus ('damalig'): ARBEO Emm. 35 p. 78,12 qui (*episcopus*) in his diebus urbis Radaspone regebat pontificatum. TRAD. Frising. 183 p. 174,20 ante hos annos (*i. tunc*; *sim.*

OTTO FRISING. gest. 1,48 p. 67,34 fuit illis in diebus in Aquitania . . . episcopus; . . . hic . . . noviter . . . ante hos dies ad culmen pontificale . . . sublimatus fuerat, al.). HRABAN. carm. 26,6 concedat Deus . . . tui (*sc. Samuelis presbyteri*) omonimi 5 meritum . . . exstitit ut templi typici hic (*i. Samuel biblicus*) servitor, al. e loco pron. iste demonstrat ea, quae remotiora sunt ('der dort'): ARBEO Corb. 37 agentes Longobardi viri Dei hoc nequaquam fuisse corpus (*item GERH. AUGUST. Udalr. 1,11* melius mihi placet istud . . . cavallum habere quam librum, cum quo eqs.; . . . utile tibi [*sc. spoliatori*] forte fuisse, si manus tua hunc librum . . . non tetigisset). **2 exempla prae-sertim contextum vel notiones illustrantia:** a in univ.: WILLIB. Bonif. praef. p. 4,8 adgrediar opus . . . profuturum legentibus praebens exemplum, dum hiis (*his var. l.*) quisque instruitur formulis. FORM. Senon. II 12 anc nostra consensio. EINH. Karol. 31 p. 35,25 sub hoc conditorio situm est corpus Karoli Magni (*sim. WALAHFR. carm. 42,7. FROUM. carm. 3,1. al.*). WALTHARIUS 575 o senior, desiste lacessere bello hunc hominem! WIDUK. gest. 2,1 p. 66,6 accipe (*sc. rex*) . . . hunc (hoc var. l.) gladium, quo eqs. (*sim. 3,69 p. 145,17*). ECBASIS capt. 128 huncce locum petui (*sc. vitulus*). METELL. exp. Hieros. 4,798 hiccine Francorum fuerat cetus miserorum, quos eqs.? *persaepe*. v. et p. 1014,44. **b de eo, qui praesens est, de quo quis loquitur sim.** ('vorliegend, in Rede stehend, mich, uns beschäftigend, mein, unser'): a gener.: WILLIB. Bonif. 5 p. 24,17 accito . . . huic (hoc var. l.) Dei famulo (*ni subest dat. commodi; cf. antea*: qui tanto praesesse potuisset populo). ABBO SANGERM. bell. prol. p. 77,7 tibi (*sc. fratri Gozlino*) hancce dirigi pagellam. p. 78,15 suggestit haecine mihi facultas. 10 FORTOLF. rhythmimach. 110 ad opus . . . huiusc (huiuscae var. l.) scientiae construenda est tabula quadrata. *persaepe*. **B publ. et iur.:** TRAD. Frising. 3 (*a. 748/50*) si quis contra hanc donationis cartule venire temptaverit. LEX Baiuv. 9,6 si fuerit fur occisus, nulla ex hoc (ho var. l.) homicidii (homicidio var. l.) querella nascatur. FORM. Senon. II 16 ut ae littore firmorem obteneant dignitatem. DIPL. Ludow. Germ. 71 huius decreto . . . contradicere. TRAD. Frising. 1066 ut ec commutatio firmior . . . habeatur. *persaepe*. γ φilos.: ALBERT. M. div. nom. 5,8 p. 308,35 in his, quae absoluta sunt, non potest dici aliiquid esse 20 hoc respectu huius et non-hoc respectu alterius (*cf. PG 3,824^A καὶ γὰρ οὐ τόδε μὲν ἔστι, τόδε δὲ οὐκ ἔστιν eqs.*). abund.: CHART. Fuld. B 18 p. 36,20 (*a. 752*) presens donatio hec (*sim. 22 p. 45,3. ibid. al.*). c vi temporali ('heutig, jetzt anwesend, jetzig, gegenwärtig, mein, unser'): EIGIL Sturm. 12 p. 143,12 quidquid *[in hac die]* (hodie rec. EPB) proprium . . . videor (*sc. rex*) habere (*sim. CAND. FULD. Egil. II 17,85* hacce die nos, Christe . . ., dignare tueri. GERH. AUGUST. Udalr. 1,28 l. 23 his diebus. OTTO FRISING. gest. 1,60 p. 86,10. al.). WALAHFR. imag. Tetr. 50 pro temporis huius pace (*sim. DIPL. Otton. I. 340 p. 465,26* iamimante os tempus venit . . . Rainerius diaconus . . . in . . . meo episcopio. al.). BERTH. chron. B a. 1079 p. 364,15 dum nihil aliud h a c v i c e . . . fieri . . . arbitraretur rex (OTTO FRISING. gest. 1,47 p. 65,3. al.). *persaepe*. d vi locali (*saepe i. q. terrenus, caducus – hiesig, irdisch, diesseitig, vergänglich*, e. g. l.62): a spectat ad vitam humanam: FORM. Marculfi 1,5 l. 16 ab ac (hac var. l.) l u c e migrasse (TRAD. Frising. 93 ab ác. OTTO FRISING. gest. 2,1. *persaepe*). WILLIB. Bonif. 1 p. 7,15 quae huius mundi sunt (*sim. POETA SAXO 2,129* hunc . . . redemptor salvavit mundum. *persaepe*). 30 ARBEO Corb. 7 sicut huius vitae norma declarat (*sim. FORM. epist. IV 1 post transitum uius vite. THANGM. Bernw. 57 [vs.] felix hanc vitam mutat in angelicam. persaepe*). Emm. 25 p. 64,6 anima exuta huius exilii nexibus (*sim. WETT. GALL. 28 p. 271,36* Eustasius hoc aerumnosum exilium dereliquit. THIETM. chron. 2,18. al.). HUGEB. 9 p. 113,39 diem novissimum . . . in hoc seculo perduentes (*sc. fratres; sim. FORM. epist. 4 p. 527,5* post excursum labentis seculi uihus. *persaepe*). THIETM. chron. 4,26 p. 162,32 transivit Arnulfus „de hoc“ (deo B) carcere ad indeficiens lumen. **B usu vario:** ARBEO Corb. 40 sicut huius urbis forma declarat. *ibid.*: huius episcopatui praeesse (*in struct. contam.*). WALAHFR. Wett. 729 instruimus . . . cunctos, quos haec Germania gignit. carm. 87,3 mole sub

hac terrae . . . praesulis . . . membra iacent (*in epitaphio*). HRABAN. epist. 42 p. 487,18 quale scandalum . . . opinio . . . in hoc populo generarit. WALTHARIUS 561 hac coram porta verbum modo iacto superbum. WIDUK. gest. 1,3 novimus Saxones his regionibus navibus advectos. *persaepe.* γ abund.: HUGEB. Wynneb. 2 p. 107,16 presentis vitae huius falsis divitiarum florere prosperibus (*sim.* HRABAN. epist. 11 p. 398,30). 9 p. 113,36 Dominus servum suum . . . de temporalis vitae huius laboribus ad aeterne retributionis mercede perducere . . . volebat. WETT. Gall. prol. 2 oceanus . . . gyrat haec terrestria regna. HRABAN. carm. 37,30 non te conturbet . . . inconstancia . . . haec mundana . . . gurgitibus variis. *al.*

B usu subst. (*saepe ellipt.*, e. g. l. 18,22): **1 in univ.**: COD. Karol. 24 p. 529,17 praeceptum . . . per arum (*sc. litterarum*) latore direximus eximietati vestrae (*sc. regis*) deportandum. RHYTHM. 86,5,2 nec minoris gloriae structor dignus habebitur . . . suo hoc (*sc. opus*) complens opere (*v. notam ed.*). DIPL. Otton. III. 202 p. 612,3 ab hac (*sc. hora*) in futurum (*sim.* p. 612,15 ab hoc [*sc. momento*] in futurum). THIETM. chron. 4,26 p. 162,22 prepositus est hiis de capella regis Arnulfus et . . . ordinatur. *al. v. et p. 1014,3.* **adde:** HRABAN. epist. 37 p. 472,32 Domini misericordiam imploro, quatinus hoc (*sc. opus dedicatum e contextu supplendum*) . . . ad salubrem finem pervenire concedat. **2 neutr. c. gen. partitivo vel explicativo loco vocis simplicis:** WIDUK. gest. 1,22 p. 33,8 (*rec. A*) hoc responsi accepit faber, quia *eques*. (*sim.* 3,68 p. 143,11). DIPL. Otton. II. 306 p. 363,7 cum hoc iuris . . . apud reges . . . velut egregium extaret ecclesias Dei roboretur *eques*. BERTH. chron. B a. 1080 p. 378,19 maxima vis algoris nec non ad hoc pugne recentis precipui labores omnes . . . confectos . . . exacerbaverant. *al.* **fort. huc spectat:** *p. 1012,34.*

II anaphoricum (*de eo, qui notus, iam dictus est sim.; 'der bekannte, genannte' sim.*): **A exempla praesertim usum gramm. illustrantia:** **1 in struct. abl. absol.:** ARBEO Corb. 16 p. 205,21 hoc facto *eques*. (*sim.* THEGAN. Ludow. 9 hoc facto [his ita gestis, hiis ita peractis *var. l.*]. POETA SAXO 1,78. *al.*). CONC. Karol. A 16^B p. 105,8 hoc peracto concilio. HRABAN. epist. 28 p. 443,22 his . . . omnibus consideratis unum opusculum condere disposui (*sim.* 29 p. 447,23). AGIUS comput. 8,1 hac (*pagina*) . . . percusa nunc de quarta . . . dicam. GERH. AUGUST. Udalr. 1,14 l. 32 his praeparationibus exequiarum . . . perpetratis *eques. persaepe.* **2 c. enunt.:** **a rel.:** WILLIB. Bonif. praef. p. 2,16 quod . . . revelare potuisti (*sc. coepiscopi*), hoc mihi velut ignaro inponere (*sc. decrevit sanctitas vestra*). WALAHFR. carm. 37,8 quidquid . . . possum facto . . . corde fideique, hoc totum vestro (*sc. comitis*) mancipo servitio (*sim.* RUOTG. Brun. 38 p. 40,28). 79,6 si quid in hoc (*opere*), lector, placet, assignare memento id Domino, quicquid displicet, hocce mihi. MARIAN. chron. a. Chr. 263 p. 518,23 cui commisisti (*sc. b. Sextus*) Dominici sanguinis consecrationem . . . hic sanguinis tui consortium negas. **b vario:** WALAHFR. carm. 16,16 valent cuncti fratres . . . , servulus hoc vester oro pusillus. HRABAN. carm. 37,94 si quid displicuit . . . moribus in . . . tuis, corrige hoc citius (*sim.* epist. 20 p. 426,18). CAND. FULD. Eigel. I 19. *al.* epist. 45 p. 500,5 cum . . . personaliter alias sit Pater, alias Filius, alias spiritus sanctus, his tamen unum est naturę nomen. RIMB. Anscar. 35 p. 67,29 quia . . . solito nequivit uti parsimonio, studuit hoc elemosinus . . . compensare. RUOTG. Brun. 17 p. 16,4 quo quis melior . . . erat, hunc magis exosum habebant hostes. 20 p. 20,30 ne nobis non desimus, hoc . . . curandum est. 37 p. 38,16 quotquot . . . de principibus . . . consenserant, hos ipse inter . . . familiares habebat. *al.* **3 pendet gen. respectus ex pron. interr.:** NADDA Cyriac. I 11,6 mirantibus . . . aliis et sciscitantibus, quid horum voluisse, respondit: 'eques.' **4 abl. mensurae in correlatione quo . . . , hoc sim.:** WALAHFR. carm. 1,44 quanto . . . , tanto . . . , hocque magis summae debetis imaginis arcem intrepido lustrare gradu (*sim.* 5,69 quo mage . . . , hoc . . . magis *eques.*) WANDALB. Goar. 1 p. 13,2 ne, . . . quo pluribus ita licuerit agere, hoc pontificalis auctoritas amplius infirmetur. **B exempla praesertim contextum vel notiones illustrantia:** **1 absol.:** LEX Baiuv. 17,3 si quis testem habuerit per aurem tractum . . . et hoc (*oc*, hanc *var. l.*) confirmant per

testes. WILLIB. Bonif. 6 p. 31,10 alii . . . nihil horum (*auspiciorum*) (*nihilorum var. l.*) commisserunt. TRAD. Frising. 608 p. 521,27 filius . . . rem habeat ita, ut . . . tres dies arat et hoc (*i. messem*) colligat. HRABAN. carm. 11,56 custodi semper amicum, hoc peto, nate Dei. EPITAPH. var. II 108,13 hiccae (*papa*) monasterium statuit (*sim.* 113,6 coenovium . . . condidit hicce (*metropolita*)). COD. Udalr. 231 p. 404,17sqq. hoccine est . . . excommunicatum in catholicā communione recipere? hoccine . . . est peccatori cornua dare? CHART. Bund. 435 p. 327,35 interrogatus Witardus, quociens vidit ho, respondit: *eques. persaepe. v. et p. 1012,2. 1015,42. 1018,44. 62.* **2 accedit subst. sim. praecedentia comprehendens:** **a in univ.:** ERMOLD. Ludow. 3,552 detestatur . . . Francia hocce (*sc. coniurationis*) nefas. WALAHFR. hort. 260 dinoscere vires magnificas huiusc datur medicaminis. AMALAR. ord. antiph. 16,9 haeccine ratio est per festivitates apostolorum (*sim.* 58,12 haeccine causa est). FORM. Salisb. I 62 p. 454,2 libenti animo hae dona suscipere. WOLFH. Godeh. I 20 p. 181,33 Osdagus eiusque successor . . . hanemet diocesim . . . tenuerunt. URSO element. 3 p. 71,7 licet hee virtutes naturales . . . quadriformiter moveantur ad suas peragendas actiones. CHRON. Albert. Beh. p. 480,9 cum Baioarii sint a Baiis dicti et Norici a Norico filio Herculis et hy omnes fuerunt Graeci *eques. persaepe. v. et p. 1018,63.* **b talis – (ein) derartig(er), solch(er):** WILLIB. Bonif. 5 p. 25,2 ut omni se . . . excusationis tergiversatione ab huius (*episcopatus*, cf. p. 24,21) gradus celsitudine declinaret (*sim.* 5 p. 25,7 ad suspicendum huius celsitudinis gradum). WALAHFR. carm. 29,3 si condire meos mellis dulcedine versus . . . possem, . . . non haec pompa . . . condigna nitoribus esset, quos *eques.* CAND. FULD. Eigel. I 21 ut per haec caritatis officia mercedem consequerentur fratres. RUOTG. Brun. 19 p. 18,8sq. tam egregiam . . . prolem deceret hoc agmine stipari, de hac delecta iuvenum excellentia gloriari. *persaepe.* **III praeparativum:** **A exempla praesertim usum gramm. illustrantia:** **1 c. enunt. rel. sim. (determinativum; fere loco is pron.):** LEX Alam. 25,1 *de his, qui* (*si quis; de eo, qui var. l.*) in exercitu item commiserint (*sim.* 27,1 *de his, qui* [*si quis; de eo, qui var. l.*] sigillum ducis neglexerit *eques.* LEX Baiuv. 1,2tit. *al.*) ARBEO Corb. 10 p. 198,5 *hii, qui funem tenebant.* **40 EIGIL** Sturm. 4 p. 134,6 *pergit . . . in hanc solitudinem, quae eques.* RIMB. Anscar. 42 p. 79,2 *quod (sc. elatio) ut caveretur, hoc divina providentia . . . concessit, unde . . . meritis suis nihil minueretur.* WALTH. SPIR. Christoph. I 27 annue (*sc. Christus*), ut ab hac terra, quecumque meum corpus . . . suscepit, furor tuus . . . absista (*sim.* II 3,97). *persaepe. v. et p. 1012,39.* **2 c. enunt. fin. vel consec. sim.:** PACTUS Alam. 1,2 si inter se de hoc intentione habet>, ut *eques.* (*sim.* METELL. exp. Hieros. 6,776 hoccine promeruere boni . . . , ut *eques?* *persaepe.*) LEX Baiuv. 2,5 si quis in exercitu . . . voluerit . . . casas incendere, hoc omnino testamur, ne fiat. RUOTG. Brun. prol. p. 1,23 estimo . . . multos . . . hac occupatos industria, ut *eques.* WIDUK. gest. 3,69 p. 145,8 hoc . . . obtinere, quatinus *eques.* VITA Heinr. IV. p. 11,22 cum hic mos dolentium sit, ut *eques. persaepe. v. et p. 1018,64.* **3 c. enunt. interr.:** LIUTG. Greg. 11 p. 75,19 hoc dignum memoria esse videtur, qualiter *eques.* TRAD. Ratisb. 20 p. 26,25 *qui (testes)* hoc testificant, quomodo *eques.* THIETM. chron. 2,38 hoc ignoro, utrum *eques. persaepe.* **4 c. enunt. causali:** LEX Alam. 28,1 pro hoc (*eo var. l.*), quod praeceptum duci transgressus est. HRABAN. epist. 20 p. 426,11 cur . . . laborem adsumperim, hec causa fuit, quia *eques.* THANGM. Bernw. 12 p. 762,48. *al.* **5 c. enunt. condicionali:** EINH. Karol. 10 p. 13,15 se . . . imperata facturum pollicetur *dux gentis* praeter hoc solum, si *eques.* HROTSV. asc. 35. *al.* **B exempla praesertim contextum vel notiones illustrantia:** **1 qui sequitur – folgend(er):** LEX Alam. 42,1 si quis *eques.*, cognoscat hoc (haec rec. B *var. l.*) iudex: *eques.* WILLIB. Bonif. 8 p. 48,1 quorum (*presbyterorum ac diaconum*) haec sunt nomina: *eques.* (*sim.* TRAD. Frising. 203 hoc . . . sunt testes: *eques.* 1760. *persaepe.*) LIUTG. Greg. 2 p. 68,4 coepit *magister* eum his verbis . . . laudare . . . : 'eques.' (*sim.* WALAHFR. Mamm. 21,23 vocibus. CAND. FULD. Eigel. I 9 p. 226,1 sermonibus. *persaepe.*) WALAHFR. carm. 14,8,1sqq. haec carnem . . . respiciunt, homo, consuetam

male vivere: puppis, pluma eqs. AMALAR. off. prooem. 21 haec sunt, quae a Romana sede accepi eqs. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,217 hoc intestinas percussit pectine chordas: 'eqs.' persaepe. v. et l.45. qui imminet – (*unmittelbar*) bevorstehend(er): WILLIB. Bonif. 8 p. 46,24 quae in hoc nostro sint usui itenere copulanda. 2 talis – (*ein*) derartig(er), solch(er): LEX Baiuv. 20,7 de his (is var. l.) canibus, qui ursis vel bubulis ... persecuntur, si de his occiderit eqs. HRABAN. carm. 17,29 valde tibi nomen hic conferat ordo (*postea*: episcopus ... vocaris). WIPO gest. 1 p. 9,13 divina providentia anchoras ecclesiae commisit ... his gubernatoribus, quales eqs. al.

IV indefinitum: A in univ.: 1 gener.: LEX Baiuv. 19,4 de vestitu ..., quod walaraupa dicimus, si ipse abstulerit, qui hos interfecit, dupliciter conponat. WALAHFR. Wett. 704 vitii ut radicibus omnis abscissio vireant virtutum germina pulchre; maior enim numerus mundanis rebus adhaeret, quam qui se stimulante Deo ... haec ad castra ferant hort. 196 mollis fotos constringat fascia crines, et ... hoc (gloss.: hanc capitum medicinam) inter reliquias eius (*absinthi*) mirabere vires. WANDALB. creat. mund. 22 vero haec lumine nobis lux et fonte perenni illustrata patescit (cf. *Vulg. gen. 1,3 fiat lux*). POETA SAXO 3,103 non proprius ex hoc, sed quod adoptivus sit *Christus filius Omnipotens*. al. 2 philos. (*spectat ad suppositum q. d.*): ALBERT. M. sent. 3,6,3 p. 128^b,45sqq. si ... dicam 'haec manus', pronomen, scilicet haec, dicit mihi suppositum 'manus'. 3,6,7 caput. quid demonstrat pronomen 'hic', quando dicitur 'hic homo' de Christo. 3,6,7 p. 135^b,13sqq. cum dicitur 'hic homo' demonstrato Christo, supponitur suppositum eius in tribus substantiis et duabus naturis; ... si ... consideremus substantiam pronominis, ... non dicit nisi suppositum, ly 'homo' autem eqs. p. 135^b,41sqq. cum dicitur 'hic homo est hic Deus', in illa ... locutione bis in pronomibus 'hic' et 'hic' significatur unum suppositum eqs. *ibid. saepe*. B iunctura hoc et hoc i. q. quodvis – dies und das, alles Mögliche: 1 gener.: HROTSV. Cal. 9,9 ex hoc et hoc hominem fings (sim. Pafn. 13,3). OTLOH. vis. 5 p. 63,4 hec et hec mihi (sc. episcopo) Deus addat, si presumptionem tantam nequitia tua (sc. clerici) impune ferat (cf. *Vulg. Ruth 1,17*). CARM. Bur. 206,2,2 cum sitio (sc. poeti), siccior, nec in hoc nec in hec nec in hic cor (v. notam ed.). 2 philos. (*spectat ad individuum [ein bestimmt]; loci pendent ex Boeth. trin. 2,32; cf. ThLL. VI/3. p. 2738,79sqq.]*): OTTO FRISING. gest. 1,5 p. 18,35sqq. hoc (*subjectum*) cum ... nec passionibus nec motui subiciatur ex hoc aut ex illo constans, sed quidquid est, unum est; ... omne ... esse ex forma est; non est ergo hoc et hoc, sed hoc tantum: pulcherrimum et fortissimum (sim. 1,5 p. 20,7 quod ... ex alio est, principium non est; ergo est hoc et hoc, ergo simplex non est, compositum igitur est. *ibid. al.*). C iunctura hoc aliiquid spectat ad individuum sive substantiam velut non-accidens (usu philos., respondet gr. τόδε τι; cf. L. Schütz, *Thomas-Lexikon*. 21895. p. 356): ALBERT. M. sent. 3,6,3 p. 129^b,11 si convenient (hic homo et hic Deus) in hypostasi et non re naturae eqs.; ... hoc non est intelligibile, quod id, quod est aliiquid, non sit idem et unum cum illo hoc aliiquid, cum supposita non sint diversa. p. 130^b,8sqq. non est dicendum, quod Christus umquam fuerit hoc aliiquid vel suppositum unum vel eqs., sed semper fuit hoc aliiquid et unitate et singularitate personae divinae. *ibid. al.*

V usu articuli definiti: EGBERT. fec. rat. 1,196 fel terre pallet, furit hoc absinthium et ardet. 1,1346 datur hunc pavidum (*i. porcellum*) occultasse sub alis (sc. gruis). OTTO FRISING. gest. 1,58 p. 83,11 dicebat *episcopus* ... hoc nomen 'Deus' quandoque in designatione naturae ... poni (item p. 83,20). ASTINARIUS 305 ut videat, quid agant hic asellus et hec domicella, post velum servus nocte locatus adest. CARM. Bur. 219,8,3 ordo ... noster secta vocatur, quam diversi generis populus sectatur; ergo hic et hec et hoc ei preponatur, quod eqs. saepe.

VI iuncturae sim. adverbiales selectae: A temporales: 1 ex hoc i. q. posthac – von nun, da an, künftig: WILLIB. Bonif. 6 p. 30,3 ut ex hoc inconclusa ... haec (hic var. l.) disciplinatae institutionis ordo permaneret. p. 30,7 familiaritatem ...

sedis apostolicae ... omnibus sibi subiectis ex hoc in futurum condonavit *pontifex*. WALTHARIUS 1437 ex hoc ... famulis ... iubebis eqs. DIPL. Otton. III. 2 p. 396,1. al. adde iuncturam ex hoc ordine i. q. exinde – hierauf: WANDALB. creat. 5 mund. 61 hoc ex ordine demum formosi sator orbis undis arva rexit. 2 inter haec (haec inter) i. q. interea – inzwischen, unterdessen: WALAHFR. Mamm. 3,1 haec inter Domini ... ore monetur. RIMB. Anscar. 2 p. 45,1 missarum sollemnia ... ab eo exquires filia; verum inter haec languore se praecoccupante coepit infirmari. WALTHARIUS 1000 haec (hic, hos var. l.) inter velut aesculus astitit heros. THIETM. chron. 8,33 (hęe var. l.). OTTO FRISING. gest. 1,38. persaepe. 3 post haec vel hoc i. q. postea, deinde – später (bin), danach, darauf: LEX Alam. 1,2 si ... ipse, qui dedit, ... post haec (postea var. l.) de ipsas 10 res de illa ecclesia astrahere voluerit. HRABAN. epist. 40 p. 478,31 primum ...; deinde ...; post haec quoque eqs. CAND. FULD. Egil. I 2 non multis post haec evolutis annorum curriculis. POETA SAXO 2,165 ne ... sanguinis effusi posthaec reus ipse (*Carolus*) maneret. WALTHARIUS 640 post haec Guntharius 20 Camaloni praecepit aiens: 'eqs.' THANGM. Bernw. 43 p. 777,44 ferulam ... trado in testimonium, ut post hoc eqs. persaepe. abund. (interdum c. notione causalı): HUGEB. Wynneb. 2 p. 107,17 post haec itaque ... votiva voluntatum adimplere optabat desideria. 7 p. 112,33 denique post haec cumque 25 ... Dei famulus ... non solum subditis ... precesset. 9 p. 113,27 post hoc non fuit longum, quod eqs. al. RIMB. Anscar. 31 deinde post haec constituto in regno ... Horico iuniore.

B modales: 1 finales (fere i. q. eius rei causa – zu diesem Zweck, hierzu): a ob hoc (aliter: l.70sqq.): HUGEB. Wynneb. 3 p. 108,31 Saxoniam ... terram visitare volebat, et ob hoc precipue, ut si illum de sua genealogia ... secum ducere poterat. HRABAN. epist. 5 p. 390,9 illum (sc. colorem) ob hoc ponens, ut si quis eqs., notet capitulum, quod eqs. OTTO FRISING. gest. 1,40 Bernhardus ... Francorum regnum aggredi 35 disponit ... ob hoc, ut eqs. al. b propter hoc (aliter: p. 101,6sqq.): ARBEO Emm. 28 p. 68,19 viatorum aliquotiens suspiria expremunt loca propter hoc, ut ... cavere debeant, ne eqs. v. et p. 1010,58. 2 causales (fere i. q. propterea, ea causa – deswegen, aus diesem Grunde; cf. l.22sqq.): a ad hoc vel haec (aliter: p. 1017,41sqq.): EINH. Karol. 17 p. 21,3 molitus est ... classem ... aedificatis ad hoc navibus iuxta fluminia. CAND. FULD. Egil. I 10 p. 227,53 qui (*Christus*) ad hoc ... descendit de caelo, ut eqs. (sim. RIMB. Anscar. 36 p. 70,41. GERH. AUGUST. Udalr. 1,27 l. 116. al.). POETA SAXO 5,504 sibi reges 40 ad hoc firmata iunxit amicitia, quatinus eqs. WIDUK. gest. 2,15 p. 79,23 fuere multi ..., qui rem celare ... arbitrati sunt, ad hoc tantum, ne eqs. persaepe. b ex hoc (aliter: p. 1015,70sqq.): WIDUK. gest. 3,55. THIETM. chron. 6 prol. 39 ex hoc laetantes sint semper quique fideles. c hac re: AGIUS comput. 4,6 scis 45 lunam non ante suum cyclum peragrare, quam eqs.; hac re pagellas ... annorum bis sex septemque peregi. epic. Hath. 136 rara ... res est ... et hac re ... non ... facilis, ut eqs. POETA SAXO 5,164. d hōc ..., quod sim. (abl. cause): VITA Paulin. Trev. 17 in quo (sc. parvipendendo) hoc antecessores nostri culpandi sunt, qui eqs. CAND. FULD. Egil. I 23 p. 232,49 arbori ... infructuosae ... stercore circumfusa prodesse noscuntur; hoc homini ... circa mandata Dei negligenter agenti commemoratio peccatorum suorum ad aeternam ... proficit sanitatem, dum eqs. WANDALB. mens. 75 quem Veneri sacrum ... 50 dixere priores mensem, hoc quod vigeat demulcent cuncta voluptas eqs. al. v. et p. 1018,71,72,1019,1. 2. e huius(ce) rei: ARBEO Emm. 37 p. 86,2 huius rei (sc. dominum adiuvando) invenit senex religiosus gratiam in conspectu patris familiae. VITA Sollemn. 6 (MGMer. VII p. 316,8) dedit huiusc rei opidum cognominante Dunum, in qua eqs. f ob hanc causam sim.: TRAD. Patav. 19 (a. 788/89) de tanta ... pietate Domini ... ob hac causa aecclesiam construxi (sim. 20 ob hac causam). WIDUK. gest. 2,11 p. 76,7 materna ... se hereditate privatum aege ... tulit Thancmarus et ob hanc causam arma sumit. THIETM. chron. 6,2. al. g ob hoc: WALAHFR. Wett. 461 in his cruciatibus ... restat ob hoc, quoniam eqs. POETA SAXO 5,275 cum natos sibi ... mors auferret, ob hoc ipse ... doluit.

humeralis (u-), -e. *script.: humbe-: l. 52. -ar(is): l. 51. 1 adi. i. q. ad humerum pertinens – zur Schulter gehörig, Schulter-: a gener.: a in univ.:* MILO carm. 3,4,2,804 ful-gens -is amictus (*cf. notam ed.*). **B spectat ad partem vestimenti humerum tegentem:** AMALAR. off. 2,23,3 mandata ve-teris testamenti . . . in u-i, (inumerabili, innumerali var. l.) li-nea (*sc. pallii*) . . . portet pontifex, in pectorali eqs. HERBORD. Ott. 2,28 p. 116,19 camisia aurifrigio in ora capiciei et sutura -i atque brachiali ornari eis (*pueris*) fecit. **b anat.:** Ps. GALEN. anat. 27 p. 208^C a v e n a . . . -i, dum per cubitum transit, rami quidam subtiles separantur (WILH. SALIC. chirurg. 4,2 p. 28, 12). ALBERT. M. animal. 3,74 ossa . . . concavatum sive furcularum -ium applicantur per ligamenta ossibus spondilium. 2 subst. neutr. (*masc. vel fem.: l. 51*) i. q. amictus – *Schulter-tuch, Amikt, ‘Humeral’* (fere usu liturg.; de re v. J. Braun, Handb. der Paramentik. 1912. p. 83qq.); LIBRI Karol. I 29 p. 228,9 habet (*sc. ecclesia*) . . . ‘u-e gemmatum’, quia electi eius ‘operum fulgoribus’ coruscant (*spectat ad Vulg. exod. 28, 34qq.*). ORD. Rom. 6,11 subdiaconi . . . accipiunt ad induen-dum pontificem ipsa vestimenta . . ., ambolagium, id est amictum, quod dicitur -e. CATAL. thes. Germ. 16,7 alba 1^a parata . . ., -ria parata VI. 103,12 -es (*gloss.: humeral*) X. 71,2sq. albē XXVIII cum humb-bus et cingulis . . ., humb-ia IIII. LIBER ordin. Rhenaug. p. 138,1 tres presbiteri . . . albis cappis induiti capita -bus velata habentes. *saepe.*

adv. *humeraliter. (*de*) *humero – an der Schulter, von der Schulter herab:* ANNAL. Wirz. a. 1147 p. 5,36 quorum (*de captivitate redeuntium*) alii exoculati, alii . . . -r brachia et manus truncati . . . sunt redditii.

***humeratus** (u-), -a, -um. *ad humerum pertinens – zur Schulter gehörig, Schulter- (usu anat.):* Ps. HIPPOCR. phleb. 134 vena corporalis . . . in tibiis separat de vena -a. subst. neutr. plur. i. q. loca humeris circumsita – *Schultergegend:* Ps. HIPPOCR. phleb. 185 vena octualis venit . . . per edalica, per corale, per u-a.

***humerinus**, -a, -um. *humeri portatus – auf Schultern getragen (spectat ad Vulg. Is. 9,6):* EKKEH. IV. bened. I 17, 56 tertius imperium puer extulit . . . -um (21,31).

***humero**, -are. (*super humeros*) *portare – schultern, tragen (de trabibus):* MIRAC. Bert. 3 p. 510,47 cum . . . in giro . . . stipitis superrima rota, ubi astulae et tabulatae . . . claxendicis super inniti ac configi debuerant, -ando copularetur.

***humerosus**, -a, -um. *humeri latis praeditus – breitschul-*

*trig. RUP. TUIT. trin. 8,399sq. Sychem . . . ‘-us’, Emor ‘asinus’ interpretatur; est autem diabolus -us vel fortis ut leo sive ursus eqs. (*cf. Hier. nom. hebr. p. 66,20sqq.*) 13,1281 maiores filii Israhel sunt, qui ante, minores gentiles, qui post adventum -i huius portitoris peccatorum (*i. Christi*) conscripti sunt. Ioh. 6, 1026 istis tam fortibus tamquam -is regni Dei operariis quam non asperum iugum, quam non grave onus rex iste imponat, audiamus.*

humerulus, -i m. *clavus in extremitate axis affixus – Achsnagel, ‘Lünse’:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,5 l. 14 sedebat . . . in solio super carpentum composito de -is plaustri in ferro pendente.

humerus (u-), -i m. *script. et form.: nom. pl. -y: ALBERT. M. animal. 1,503. abl. pl. -ibus: l. 16. ὄμος, scapula,*

armus – Schulter: 1 gener.: a proprie: a in univ.: VITA AUDOINI 17 (MGMer. V p. 565,1) beatum corpus -ibus (-is var. l.) de portant es (*sc. turbas*; AGIUS vita Hath. 25 -is . . . deportata est. sim. WETT. Gall. 32 portarunt. HROTSV. Mar. 60, saepius). RECEPT. Lauresh. 2,54^C capit. ad -os, cubitos, bra-chia, manus. WALAHFR. Gall. 1,32 hanc (*capsellam*) . . . ex suis -is pendente ferre solebat. NOTKER. BALB. gest. 2,17 p. 83, 24 ferrea torace ferreum pectus -osque Platonicos tutatus *Karolus* (*cf. notam ed.*). CHRON. reg. a. 1159 p. 102,8 dedit . . . im-perator facultatem singulis, ut, quaeque -o gestare potuissent, efferent eqs. CARM. Bur. 117,8,3 -i, pectus et venter sunt for-mata tam decenter. *persaepe.* **B spectat ad brachium (femur animalis: l. 29):** WALTHARIUS 1051 Waltharius -um . . . eius (*Tanasti*) de cardine vellit. CHRON. Noval. 2,11 p. 94,15 quem (*vitulum*) arripiens Waltharius abstraxit ab eo -um, de quo per-cutiebat hostes. **γ spectat ad corpus, truncum:** ALDH. virg. II 1362 caput infandum funestos liquerat artus, quod vulsum ex u-is cives . . . cernunt. **b in imag.:** ALDH. virg. I 53 p. 310,11 cuius (*sc. Christi*) principatus super u-os esse perhibetur (*spectat ad Vulg. Is. 9,6*). WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 82 magniloquo pensanda Maroni promptior ad ferulas -o portanda recepi. EPIST. Ratisb. 6 p. 291,12 periculosum . . . negotium est . . ., quod illorum maxime -is imponitur, qui eqs. EPIST. HIL-DESH. 134,54 nostrę debilitatis -os . . . huic oneri supposuimus (*inde 138*). saepius. **c alleg.:** WALAHFR. exord. 32 p. 516,21 unum corpus Christi efficitur cunctis membris officiorum suo-rum fructus . . . conferentibus: . . . u-i in laborum toleratoribus. HRABAN. univ. 6,1 p. 157^A -i (*sc. dicuntur*) operatio vel pon-dus eiusdem operis eqs. **d meton. de parte vestimenti -um tegenti:** INNOC. III. registr. 1,300 qui (*principes*) crucem suis -is infigentes ad partes Ierosolimitanas . . . laborarunt. **2 anat.** (*de ossibus, fere de iunctura humerali; de osse lacerti: l. 49*): **a de hominibus:** ROGER. SALERN. chirurg. 3,109 si ex vulneri-bus -us sit a superioribus disiunctus. GLOSS. Roger. I B 4,3 p. 709,31 dicitur . . . -us a iunctura homoplate usque ad iuncturam cubiti. I A 4,11 p. 717,32 patiens ita ligetur, quod . . . globus sub asccta positus -um a spatula non sinat deviare. BRUNUS LONG. chirurg. 1,20,3 p. 118^D -us dislocatur secundum tres modos eqs. THEOD. CERV. chirurg. 2,42 p. 155^C iunctura -i. *saepe.* **b de avibus:** FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 75,2sq. -i . . . seu spatule sunt, quibus coniuncte sunt ale, et inter -os collum descendit ad reliquum corpus. p. 75,26 duo ossa in coniunc-tione sua et alterius ossis, quod est de furcula pectoris, consti-tuunt -um. 2 p. 167,10. **3 astron.:** GERB. (?) astrolab. 17 p. 137,6 in auriga duae sunt *stellae lucidiores*, Menreb Alroech, id est -us, et Rigel, id est pes. *ibid. iterum.*

umesco (u-), -ere. *depon.: p. 1153,2. humidum fieri – feucht, nass werden:* 1 *in univ.:* WALAHFR. carm. 48,5 uda . . . roriflui veluti cacumina collis Aermon et Sion -unt roscida rura (*spectat ad Vulg. psalm. 132,3; aliter [trans.] interpr. F.*

65 *Stella, La poesia carolingia.* 1995. p. 436; cf. et J. M. Vélez Latorre, in: *Poesía latina medieval.* 2005. p. 352). HILDEG. caus. 190 oculi -unt, quasi lacrimentur. ALBERT. M. animal. 18,27 frequentius concipiuntur ‘feminae, eo, quod corpora -unt’ (*cf. p. 766^b, 31 ύγρότερα*) eqs. al. **2 fort. i. q. sudare – viell.:** schwitzen (*per compar.*): EPIST. Hann. 105 p. 176,3 ossa . . . virtutum pompaticam verborum opulentiam quasi superfluum et, qui facile u-at (tumescit *ci. Sudendorf*), adipem gravantur.

3 liquefieri – kondensieren: URSO gloss. 18 p. 41,12 frigiditate -atur (humectetur *var. l.*) aer et aqua durescat. ALBERT. M. veget. 3,19 ad quem (*corticem durum*) veniens evaporatio ... humiditatis interioris retineatur et reflectatur et -at; ... haec enim est natura evaporationis, quod, quando reflexa tenetur, -it et facit humida, quae tangit.

homicidalis v. homicid(i)alis. **homicidium v. homicidium.** [humides v. *limonides: OLIV. hist. reg. 114 p. 156,31.] **humiditas, -atis f.** 1 *natura humida, mador – Feuchtigkeit, Feuchte:* a gener.: WOLFHARD. Waldb. 1,7 qui (*cineres*) licet tanta essent -e referti eqs. OTTO FRISING. gest. 1,46 cum veris benigna -e ex telluris partu flores et herbae procreantur. ALBERT. STAD. Troil. 5,160 sol est principium vitalis fonsque caloris, luna ministerii -is adest. b *natur. et medic.:* a *in univ.:* CONSTANT. AFRIC. coit. 5,17 ex -e (*sc. testium*) erit semen multum. TROTULA A 11 p. 72,18 conceptio impeditur ... ex nimia matricis caliditate vel -e. MAURUS phleb. p. 20b propter -em sanguinis diminutam. ALBERT. M. veget. 3,18 in qua (*siliqua*) vapor propriae -is comprehensus reflectatur. BERTH. RATISB. serm. 3 p. 24,32 quod (*corpus*) habet -em (-um ed.) idoneam ad nutriendum ... calorem. GEBER. invent. 23 p. 735 quod ista (*olea*) dent -em radicalem mineralē, ut probavimus in sulphure et arsenico. *persaepe. v. et l. 4.* B de qualitate elementorum: WOLFHER. Godeh. I prol. p. 168,2 elementorum quadrivium ... aerem et aquam -e ... coniectat in alterutrum. ALFAN. premn. phys. 5,6 p. 63 esse elementum corpus ... et secundum actum habens extremas qualitates ..., caliditatem, frigiditatem, -em (PG 40,613C ὑγρότητα) et siccitatem. MAURUS urin. II p. 6,31 omnia habent provenire in urinis a quatuor qualitatibus, scilicet a caliditate ... et -e. al. 2 *materia liquida, liquor, humor – Flüssigkeit, Saft:* CONSTANT. AFRIC. coit. 2,10 seminalis -is (-s *var. l.*) ... indigenzia. ROGER. SALERN. chirurg. 1,937 de -bus in auricula collectis. MAURUS phleb. p. 24^a si, postquam coagulatus fuerit *sanguis*, cito supernat -s. ALBERT. M. veget. 1,204 quae (*plantae*) faciunt oleum vel unctuosam -em. animal. 1,139 quod ... est intra oculum, est -s sive -es, quae sunt in oculo, per quas est visus. *saepius.*

humido (u-), -are. absol.: l.42. humefacere, madefacere – befeuchten: HUGEB. Willib. 4 p. 97,8 omne, quod u-at ... fons, crescendo proficit ad salutem. Ps. AVIC. anim. 4,2 p. 107 spiritus ... et siccant et -ant eqs.

humidus (u-), -a, -um. script. hm-: ALDH. ad Acirc. 67,5 (*var. l.*). I adi. i. q. *humore plenus, humorosus – Feuchtigkeit enthaltend, feucht, nass:* A gener.: 1 *in univ.:* ALDH. ad Acirc. 48,2 -a ... per litora ponti. WIDUK. gest. 1,36 p. 53,7 sole cadente in -a vestimenta barbarorum. GERH. AUGUST. Udalr. 1,17 l. 14 nec in soccis unum pilum -um conspergit *Hericwigus*. ALBERT. M. veget. 7,48 in agris multum frigidis et -is, qui circumpositi sunt maribus et paludibus multis. animal. 23, 126 a quibusdam -us culus vocatur *morfex* (*de re v. W. Sanders, Rheinische Vierteljahrsblätter. 42. 1978. p. 435.*) al. 2 *abund. de vino* (*cf. Verg. georg. 3,364.*): AGNELL. lib. pont. 104 p. 272 l. 27 venundant *nonnulli episcopi* frumentum ecclesiae et oleum et -a vina. 3 *de herba fort. i. q. sucidus – viell. frisch:* ALBERT. M. veget. 6,444 est *salomonica* similis aneto -o (*ex Avic. canon. 2,2,583 p. 147b¹.*) B *natur. et medic.:* 1 *in univ.:* ABBO FLOR. calc. 3,92 quanto ... unumquodque ... frigido -ius efficitur, tanto ... gravius. CONSTANT. AFRIC. eleph. 5,21 V diebus nutritur cum di e t a -a (URSO qual. 549 -ae dietae). HILDEG. phys. 6,3,1 pavo calidus et -us est. URSO med. 113 quorum (*humorum*) diffusionē per membra morbus inascitur -us. ALBERT. M. veget. 6,476 ysopus -a non est herba, sed eqs. (*de re v. p. 1194,15.*) animal. 1,21 in ipsis membris quaedam (*animalia*) sunt mollia et quaedam dura et quaedam -a et quaedam sicca. 12,25 -ius ... quod est in corpore, est flema et post sanguis. *saepius.* 2 *de qualitate elementis inhaerente:* CARM. cod. Paris. (8812) 2,15sq. frigida limpha quidem et -o se iungit aeri, -us aer et calido se glutinat igni. CONSTANT. AFRIC. grad. praef. p. 343,10 omne corpus de quatuor elementis constructum ... aut est calidum aut frigidum, -um vel siccum. al.

II subst.: A masc. i. qui *humidae naturae est* – einer der ein feuchtes Temperament hat, von feuchter Natur ist: CONSTANT. AFRIC. coit. 16,47 electuarium de aniso optimum -is (hiis, his *var. l.*) 16,69 electuarium, quod composui frigidis et -is coire non valentibus. B neutr. (*sem.: l.7:*) 1 gener.: a *liquor, humor – Flüssigkeit, Nass:* HUGEB. Wynneb. 2 p. 108,15 ille ... superni roris -a irrigatus. CHART. episc. Halb. 1114 (a. 1265) quod omnia -a, sicut potus sive lacticia ..., integraliter ad mensam redeant sacerdotis. b *usu plur. i. q. aquae – Gewässer:* ALDH. virg. II 423 laticis Christum sub flumine tinxit *Iohannes* -a ... sacramentum caerulea ponti. 2 *natur. et medic. i. q. humiditas – Feuchtigkeit:* a *in univ.:* CONSTANT. AFRIC. coit. 3,5 semen est spiritus calidus currens et currendo impellens -a (humores, humorem, humor *var. l.*) corporis. ALFAN. premn. phys. 2,2 p. 24 Heraclitus ... totius animam vaporem ex -is (PG 40,536B ἐκ τῶν ύγρῶν) dicit. ALBERT. M. resurr. 32 p. 255,15 distinguimus triplex -um, ex quo sumitur substantia humani corporis. animal. quae. 1,3 p. 81,37 illa, quae ... non tantum fiunt ex -o spermatico, sed magis ex -o nutrimentali, possunt restaurari. 13,13 p. 245,13 -um radicale est cibus et pabulum caloris naturalis (*de re v. P. L. Reynolds, Food and the Body. 1999. p. 105sqq.*) veget. 1,181 vaporatum. *saepius.* spectat ad sapore: ALFAN. premn. phys. 6,5 p. 73 spongioso ... et aquoso (*sc. sensu*), hoc est gustu, -a (PG 40,636A τῶν χυμῶν) suscipit sensibilitas. b *de qualitate elementis inhaerente ("das Feuchte"):* CONSTANT. AFRIC. coit. 4,17 frigidum ... reddit semen spissum ..., -um (humiditas *var. l.*) vero copiosum. ALBERT. M. metaph. 1,3,5 p. 35,31 calidum ... cum u-o primo non est nisi in aere. animal. quae. 30,15,8 p. 264,23 -um duplex est, scilicet aereum et aquosum; -um aereum confert ad vitam eqs. *saepius.* Leithe-Jasper *humiliatio (-cio), -onis f.* 1 *propre:* a *depositio, actio humi deponendi – das Auf-den-Boden-Legen (usu liturg. in ritu imprecationis; de re v. P. J. Geary. Annales E. S. C. 1979/1. p. 27sqq. spec. 37.):* CHART. Xant. 120 p. 92,3 (a. 1236) si per hunc (*sc. imprecationis*) modum profectus nullus habeatur, ita quod ad -em crucis et reliquiarum procedi continget (*locus spectat et ad l. 455qq.*). b *inclinatio (corporis) – Verbeugung, Verneigung (usu liturg.):* EPIST. var. II 4,7 surgentes (*sc. monachi*) ... -em supplicationis sibi vicissim prebeant (*cf. p. 1155,49.*) 2 *meton. i. q. (con)cavum, recessus – Vertiefung, Einsenkung, Delle:* DECRET. Frision. A 8 p. 53,4 pro vertigine capitis XXXVI solidi, pro tumore et -e X solidi. p. 56,13 tumor et -o vulneris, videlicet abel and insep, decem solidi (*v. notam ed.*). 3 *translate i. q. detrectatio, subiectio – Erniedrigung, Demütigung, Unterwerfung:* a *spectat ad res i. q. dedecoratio – Schändung:* CONC. Karol. A 56B p. 737,5 qui ... donaria ad ... templorum ... sanctorum suorum (*sc. Dei*) dehonorationem et -em ... auferre presumit eqs. b *spectat ad homines (Christum: p. 1155,55qq.):* a *in univ.:* BRUNO MAGD. bell. 126 p. 118,27 papa Gregorio -e facta placato. CHART. episc. Hild. I 263 p. 241,22 pro tanta ... -e et servitio comitis ... beneficium ... sibi ... concessi. ALBERT. M. summ. theol. II 13,78 p. 109b,1 *tertia (sc. ratio) -o sui, quando ... recordaretur homo se ex vili terra esse factum, humiliaretur et obediret praeceptis Dei. al. v. et vol. III. p. 951,3. c. gen. explicativo:* HRABAN. epist. 29 p. 447,32 si ... in quinta (*sc. generatione*) ab insciis copula fuerit perfecta, melius mihi videatur, ut cum paenitentiae -e ... Deo satisficiat. b *de clade, detrimento:* ALBERT. AQUENS. hist. 6,31 audita ... victoria christianorum principum et Turcorum -e. γ de depositione: VITA Radbodi I p. 165,26 de Francorum regni -cione et Germanie ad imperium sublimacione. ANNAL. Altah. a. 1044 p. 34, 22 contra iniustum regem iusta coniuratio, ut non digne exaltatum digna deponeret -o. EPIST. Hildesh. 45 fratres ecclesie nostre (*sc. episcopi*) ... sibi invicem et laicis nobilioribus ... ad -em persone nostrae confederati sunt. CONST. imp. II 215,24 facilis ... aliorum omnium regum ... -o creditur, si cesaris Romani potencia ... conteratur. δ de virtute humilitatis: AMLAR. ord. antiph. 27,1 quod castigatio corporis per ieunium et -o mentis ... excludat diabolum de peribolo sanctae ecclesiae. GERH. AUGUST. Udalr. 1,27 l. 169 magna contritione cordis et

-e salutarem obtulit hostiam Deo. CHART. civ. Erf. 281 p. 180,1 quo certius supplicantum cognoverit archiepiscopus -em. al. **ε de passione, crucifixione Christi:** AMALAR. off. 4,20,3 de passione Domini: ... conformat se sancta ecclesia capiti suo ...; haec (*sc. Christi in passione*) -o prius et iterum exaltatio per unum versum psalmi centesimi noni monstratur *eas.* 4,20,4 ut propter -em capitum nostri proximam amittamus glorificatiōnem sanctae trinitatis (*cf. Vulg. psalm. 109,7.*) 4,21,8 quia Salvatoris nostri -o per sepulturam triduo caelebratur. MANEG. c. Wolfh. 15 p. 78,2 -is Dei signum, (*i. crucem*) tanquam vexillum victorie opponamus.

***humiliativus**, -a, -um. *deiciens, detectans – herabsetzend, demütigend:* CONR. MUR. summ. p. 163,1 sunt verba ... hylaritativa, -a. ALBERT. M. sent. 4,15,4 p. 475^b,21 modus flagelli per se -us est.

***humiliator**, -oris m. *qui humiliat, infringit – einer der erniedrigt, herabsetzt:* VITA Menel. 1,18 (MGMer. V p. 146,4; s. X./XI.) restauratio ... sanitatis ... in solo illo permanet, qui -r (*humilitator a. corr. 1)* inflate superbie et exaltator regnat humiliatis non ficit.

humilio, -avi, -atum. -are. *script.: u-: l.71. -l(o): l.58. usu intrans.: l.68,69; medial.: l.30,37; refl.: l.33,35.49.58.61. p. 1156,5. al. partic. perf. usu subst.: p.115,6,26sqq.*

I *usu originario:* A demittere, submittere, inclinare – senken, nach unten bewegen, neigen: 1 *propre (in imag.: l.30,32):* a gener.: **a** in univ.: FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 179, 10 debet falconarius -are manum ... paulatim iuxta perticam. p. 200,17 postquam se relevaverit falco, -etur in tantum manus, quod subsit falconi. *refl. et medial.:* MANEG. c. Wolfh. 12 p. 70,8 -tus ad misericordię fontem. OTTO FRISING. gest. 1,49 p. 69,2 ut vix ad audiendos magistros ab altitudine mentis suaे -tus descenderet Petrus. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 198,33 si ... non erit pertica altior capite suo, -et se falconarius tantum, quod pertica supersit capiti suo. ALBERT. M. animal. 5,12 coitus ... camelii perpetrat, quod femina -at se super genua. *in gestu devotionis (vel maeroris, e. g. l.37; per compar.: l.40):* NICET. ad Iust. p. 118,23 contrastati et -ti usque in terra sumus. CONSUEL. Eins. 48 -ent monachi se manibus defixis in terra. BALTH. Fridol. 23 ramos ... ab imo stipe usque ad summum admirabatur quasi conglobatum Deo se -asse. *al. v. et p. 1156,45.* **β (humum) deponere – (auf den Boden) niederlegen, abhängen (usu liturg. in ritu imprecationis; de re v. p. 1154,34):** WIBALD. epist. I 359 p. 755,1 -tis crucifixi Salvatoris nostri imaginibus. CHART. Xant. 120 p. 92,3 ecclesia lesa prius per mensem suam crucem et reliquias -bit, quod etiam alie postmodum facere tenentur ecclesie (*loci spectant et ad l.55sqq.*). **γ de inclinatione liturg. (usu refl.; 'sich verneigen'):** MEMORIALE qual. 6 (Corp. Consuet. Monast. I. 1963. p. 235,2; s. VIII.ex.) convenientes ad capitulum ... se fratres undique -ent (*cf. p.1154,40.*) **β mus. i. q. deprimere, grav(ior)em facere – nach unten führen, absenken (spectat ad altitudinem tonorum, sonorum):** COMM. microl. 35 p. 102 graves ... sunt soni, quia gravantur, id est premuntur et -antur. ELIAS. SAL. mus. 2 p. 19a ipsam (*sc. notam F*) -are oportet et ipsam mollificare. *al. 2 translate:* a detectare, flectere, subicere – demütigen, erniedrigen, beugen, unterwerfen (*usu refl.:* l.58,61. p. 1156,5): **a** gener. et theol. (*de Christo:* l.61. p. 1159,3. al.): VITA Wandr. 12 (MGMer. V p. 19,5) non extollendo se ..., sed -lans se et peccatorem esse se plus fatebatur. HUGE. Willib. praef. p. 87,8 quas (*virtutes*) Dominus pro humani generis salute se -ando ... prestare ... dignatus est. AMALAR. off. 4,20,2 passio et persecutio -ant ... massam, quae ex Adam sumpta est. THIETM. chron. 7,2 p. 400,2 quem (*Hardvigum*) ... divina maiestas nimis -tum se culpabilem cognoscere coegit, *persaepe. v. et p.1154,55.* *intrans. i. q. se detectare – sich demütigen, erniedrigen:* VITA Wandr. 2 (MGMer. V p. 14,8) habent mali in ea (*relatione*), quod metuant, boni, quod gratulent, superbii, ut -ent. HIST. Welf. 14 ut imperator ... eius (*Guelfonis*) consilio ad condignam satisfactionem -ret. **β publ. et iur.:** CHRON. Fred. 4,71 quod illam parentem Francorum, quam reginam habuerat, non dibuisset Chrotharius u-are. CONST. imp. II 427, 49 nullus ad placitum comitis ... armatus veniat ..., alioquin

in continent -etur. CHART. Stir. IV 305 p. 152,8 si quando illa rebellare presumpserit ecclesia, hanc flectere et -are valeat *persona persaepe.* *refl. i. q. se dedere – sich unterwerfen:* AN-NAL. Mell. Vind. I a. 1273 p. 705,22 omnes munitiones absque 5 pugna se regi ob metum -verunt. **b spectat ad res i. q. dedecorare – schänden:** CONC. Karol. A 56,96 p. 767,15 qui ecclesiastis Christi dehonoraverunt et -verunt rebusque propriis expliaverunt. **c de adulteratione i. q. vitiare – entehren:** CAP-PIT. reg. Franc. 252,41 si ... frater ... eius (*coniugis*) clanculum eam (*uxorem*) -verit (*violaverit var. l.*). **d deicere, degradare – herabsetzen, degradieren:** WOLFHER. Godeh. II 27 p. 210,47 qui (*presbyter*) primo a ... episcopo feliciter exaltatus, sed ab imperatore ... -tus. CHART. episc. Wirz. I 84 a statu iuris sui nulla umquam ratione -bitur *Iuta mulier censualis.* 10 **B destruere, diruere – abbrechen, -reißen:** CHRON. Reinh. a. 1223 p. 599,8 qui (*langravios*) -vit eam (*turrim*) prosternens ad terram. CHART. Rhen. inf. II 274 mandavimus ... turrim monasterii usque ad inferiorem testudinem -ari.

II per confusionem c. οὐλεῖν i. q. uti – Umgang haben, verkehren (mit): ANNAL. Ratisb. fragm. a. 1085 (MGScript. XIII p. 49,36; s. XI,2) dixerunt *episcopi* ... imperatorem cum omnibus suis esse excommunicatum, unde, si ei -rentur, credebant se incurrire grave peccatum.

subst. humiliati, -orum m. in nomine ordinis ('Humiliaten'; de re v. LexMA. V. p. 210sq.): BURCH. URSB. chron. p. 107,10 due sekte in Italia exorte ..., quorum alii H-os, alii Pauperes de Luduno se nominabant. CHART. Stir. IV 528 p. 317,41 presentibus ... Masocco et Brisa Concordiensibus canonicis et fratribus Pagano Lovono de ordine H-orum. *al.*

humilis, -e. script.: u-: p.1157,19. humel(is): p.1157,26. 36.1158,2. al. form.: nom. sg. m. -es: p.1157,19. ?abl. sg. f. -ia: p.1157,38. superl.: -ilim(us): p.1157,35,37. -issimus: p.1157,28. -ilismus: FORM. Salisb. II 3,14,1. usu subst.: l. 61,63.p.1157,21,22,52. saepe.

35 demissus, depresso – niedrig, tief: I *propre (in imag.: l. 42):* A gener.: 1 in univ.: UFFING. Liutg. 4 planities -is (-es C), Liudgeri florida vallis. FROUM. carm. 35,13 incipe nunc -em terris iam sistere callem. ALBERT. M. animal. 1,231 optimus ... oris status est, quando non nimis est -is. 1,508 erit efficiacius signum (*sc. stulti*), si contingat in eis (*pedibus*) -es esse digitos et vastos. 2 *incurvatus – gebeugt:* WALAHFR. carm. 1,26 cervice -i -faciet vita decens iuga ferre Tonantis (*spectat ad Vulg. Matth. 11,29*). 3 *prostratus – niedergeworfen:* EKKEH. IV. bened. I 31,99 nos pedibus (gloss.: tuis) -es (gloss.: humiliatos) benedic, acerrime miles (*sc. Laurentius*). 4 *parvus – klein:* OTTO FRISING. gest. 1,32 p. 50,8 sunt ... Ungari facie tetri ..., statura -es. B mus. (*spectat ad altitudinem tonorum, vocum sim.*): Ps. ODO CLUN. dial. 9 p. 258^a in -bus cantibus ... nulla depositio alicuius vocis ante finem inveniatur. THEOPH. sched. 3,87 si volueris cymbalum altius habere, in ora inferioris limba, si vero -ius, circa oram in circuitu. C medic. de cute leprosa i. q. *cavus – eingedellt:* HRABAN. univ. 18,5 p. 502^b lepro tumens inflata superbia, lepro -is simulatio cordis vel latens blasphemia (*cf. Vulg. Lev. 13,3*).

55 II translate: A ignobilis, exiguus, vilis – unbedeutend, gering, wertlos: 1 *de hominibus (spectat ad statum):* LEG. Burgund. Rom. 5,1 quae (*iniuria*) in publico vel in foro ab -iore persona honestiori infertur. LEG. Wisig. 12,2,9 nulli Iudeo ... licere contra christianum, quamvis -is servilisque persone, testimonium dicere. RUOTG. Brun. 2 p. 3,29 habent ... in illa (*relatione*) mediocres et -es, unde convalescant, elati ... et dientes, unde obstupescant. CHART. select. Keutgen 18 scabini non ex melioribus et potentioribus electi, sed ex -ioribus et pauperioribus assumpti. *persaepe.* 2 *de rebus:* a gener.: **a** in univ.: RADBERT. corp. Dom. prol. ad Karol. 68 ut haec diligentius vestra perlegat sagax intellegentia, licet -ia videantur. RUOTG. Brun. 47 est prope muros civitatis ecclesia structura ... et opere -is. STATUT. ord. Teut. p. 88,24 si graviorem incidat *frater culpam* ..., -iorem locum in choro teneat. *saepius. v. et p. 874,38.* **β submissus, tenuis, invalidus – gedämpft, verhalten, schwach:** Ps. GALEN. puls. 216 lassus est pulsus, qui 70 longitudine brevi et -i (humidi, humilitate var. l.) lasso motu

arteriam tetenderit. **CONSUET.** Trev. 10 sacerdotes -i voce susurro missas celebrant pro defunctis. **γ pallidus – bleich:** AMADEUS LAUS. hom. 3,157 attacu leni, colore -i mansuetudinem et humilitatem denuntiat *vellus*. **δ vilos – wertlos:** FROUM. carm. 4,10 -em pellem pro vellere ponere vellem. **ε inglorius, turpis – unrühmlich, schmählich:** OTTO FRISING. gest. 1,65 p. 91,6 quod tam arduo et bono inchoata principio tam -em et non bonum exitum accepiter expeditio. **β rhet. de genere dicendi (de re v. F. Quadlbauer, Die antike Theorie der genera dicendi im lat. MA. 1962, p. 59sqq.):** CONR. Mur. summ. p. 48,1 tres sunt stili: -is, mediocris et altus (*item* p. 59, 2). CONR. HIRS. dial. 209 sunt . . . tres modi in stilo scribentis, -is, mediocris, grandiloquus (*sim. 1503*). **3 de animalibus:** AMARC. serm. 1,326 qui (*sc. Christus*) Iherusalem introiturus sprevit equos, mulos -emque insedit asellum. **B devotus, mitis, modestus, indignus – demütig, sanft(müttig), bescheiden, unwürdig:** **1 de anim.: a de hominibus eorumque animo sim.:** **a in univ.:** PIRMIN. scar. 27 p. 106,9 qui fuit superbus, sit -is (-es E, u-a. co rr. C). HUGEB. Wynneb. 6 mens -is (*sim. Walahfr. Blaithm. 58 mente -is, al.*). OTTO FRISING. gest. 2,25 p. 129,29sq. si in eadem civitate cum superbo -is inveniatur, non tamen cum superbo -is puniatur. DIPL. Constantiae 4 p. 14,43 bonos et -es (*ποάους*) ad melioris vite frugem invitando. CARM. Bur. 121,2,1 prior (*sc. amica*) trux et arrogans, -is secunda. **persaepe. pro expressione modestiae (in epistolis, chartis sim.):** CONC. Merov. p. 150,24sqq. -elis vester Phylippus reverenter audeo salutare *eques*. FROTH. epist. 17^{tit}. Hilduino . . . episcoporum -issimus . . . obto salutem. TRAD. Frising. 605 p. 517,27 ego in Dei nomine -llima ancillula Dei Deota. CHART. Burgund. 1 p. 93,1 ego . . . Rhodulfus -is comes. DIPL. Heinr. IV. 259 signum domini Heinrici quarti regis -llimi et invictissimi (*cf. C. Erdmann et D. Gladiis, DtArch. 3. 1939. p. 131sq.*). **persaepe. β de voce, sermone, actionibus:** CONC. Merov. p. 189,27 cum -llimae s u b p l i c a t i o n i s debeant satisfactio ne reverti (ARBEO Corb. 15 p. 203,11 -llima [-llima var. l.] subplicatione, *al.*). FORM. Marculfii 2,47 -eli p r a e c i almitate vestrae (*sc. abbatis*) quesumus, ut *eques*. (ARBEO Corb. 11 -llima [-llima var. l.] prece. *al.*). ARBEO Corb. 10 p. 198,13 -ia (-i var. l., an leg. -l[ll]ima?) postulatione. WIDUK. gest. 1,33 salutato eo (*rege*) verbis -llimi. **persaepe. v. et vol. I. p. 376,70.** **γ pro cognomine:** CHRON. Epternac. (MGScript. XV p. 1306, 45; c. 1035) Henericus rex . . . cognomento H-is. HEIMO BAMB. chron. 4,4 p. 381,15 hic (*Heinricus*) propter modestiam et humilitatem, quam circa omnes habuit, H-is agnominatus est. *al.* **b de animalibus:** GODESC. SAXO theol. 22 p. 320,3 de equo domito, -i, abstinent. SALOM. II. epist. 40 p. 422,21 sub iuuenibus et indisciplinatis transversus et supinus, sub seni oribus . . . et gravibus -is et rectus incedere norit *cavallus*. **2 de rebus:** CARM. Bur. 86 refl. 12 haec (*sc. membra virilia*) sunt utensilia . . . fragilia, -ia. **C deiectus, timidus – niedergeschlagen, verzagt, ängstlich:** EIGIL Sturm. 19 p. 153,23 consolator -ium Deus. EPIST. Einh. 3 p. 110,20 ne post obitum meum (*sc. episcopi*) lupi locum sanctitatis invadant rapaces gregemque -llum dispersant. *al.* **D benignus – wohlwollend, gütig:** **CONSUET.** Marb. 344 bene agentibus sit *praelatus* -is, contra delinquentes rigidus. *v. et p. 1158,69.*

adv. humiliter. **1 propre i. q. graviter – tief, auf tiefe Weise (*usu mus.*):** PS. HUCBALD. ton. 314 ut voces amborum in unum coeant nec, qui succinit, -ius vel celsius respondeat quam ille, qui praecinit. 322 psalmi . . . pro paucitate . . . seu multitudine cantorum celsius vel -ius canendi sunt. MUS. ENCHIR. app. D 170 consonum . . . cum principali rite canentis voci vel consonat -ius sesquiterio vel altius concinit sesquatero organalis. **2 translate:** **a devote, mite, modeste – auf demütige, sanft(müttig)e bescheidene, unterwürfige Weise:** WILLIB. Bonif. 6 p. 28,13 cui (*pontifici*) . . . vir Dei -r respondit: ‘*eques*.’ WIDUK. gest. 3,74 p. 151,2 talia (*sc. caritatis*) opera licet valde -r diebus ac noctibus exarceret *pontifex*. OTTO FRISING. gest. 1,10 p. 26,27 ut . . . omnes in Romano orbe positi subiectionis iugum -r portarent. OTTO SANBLAS. chron. 23 p. 33,22 ut periclitanti imperio subveniret *dux*, plus quam imperiale deceret maiestatem, -r efflagitavit *imperator*. **persaepe.**

in formula epistolae vel chartae sim.: FORM. Bitur. 2 ut nos ibidem pietas vestra manere permittat, -eliter postulamus. EPIST. Meginh. 14 p. 208,5 frater Basilius . . . -ius quam -llime te salutat. **persaepe.** **b proprie, benigne – gnädig, gütig:** 5 BEDA hist. eccl. 3,3 p. 132,6 eius (*episcopi*) admonitionibus -r ac libenter in omnibus auscultans rex. PS. VEN. FORT. Leob. 29 duo energumeni . . . occurrentes beatissimo viro sospitatis remedium sibi -r largiri poposcerunt. CHART. Drubic. 19 p. 23,10 se in fraternitatem ecclesiae . . . recipi postulavit *Conradus*, quod . . . -r admisisimus (*sc. canonicus regularis*). **c inob servato modo, abscondite – unbemerkt, unauffällig:** OTTO MOR. hist. p. 32,11 imperator . . . cum Veronam appropinquasset indeque -r pertransire voluisse, Veronenses quidem . . . imperatori se obviam posuerunt. **d improbe, sordide – unauf richtig, niedrächtig:** IDUNG. PRUF. dial. 3,15 non -r men tiendo, sed veraciter pronuntiando dixit *Benedictus*: ‘*eques*,’ **humilias, -atis f. script. u.: l.37.** **I proprie i. q. inclinatio das (Sich-)Neigen:** EPIST. var. II 5 tamdiu iacent monachi in terra, usque dum abbas . . . pulsaverit, ut surgant; similiter post refactionem sedentes per -em satisfaciunt.

II translate: **A degradatio, detrectatio – Herabsetzung, Erniedrigung, Demütigung:** **1 theol. (spectat ad Christum):** ALBERT. M. incarn. 55 p. 231,14 cum -s mereatur exaltationem et ipse (*Christus*) in passione gloriam unigeniti a Patre . . . per -em absconderit, meruit . . . maximam exaltationem. *ibid. al. 2 publ. et iur.: **a depositio – Absetzung:** CHRON. Fred. 2,62 p. 88,19 ipsorum (*adulatorum*) consilium usus consensus es (*sc. Iustinianus*) -em meam (*sc. Belisarius*). **b subiectio, dedicatio – Unterwerfung, Kapitulation:** LEX Alam. 35,2 si post hoc per (-em aut per add. 3) servitio hoc ad pedis regis conquisivit (*sc. rebellator*). BRUNO MAGD. bell. 88 p. 82,33 -em poenitentis (*sc. Heinrici*) acceptuos se promittunt Otto et Walph, si vellet implere cuncta, quae *eques*. **B de virtute christiana i. q. abiectione, devotio, modestia – (Selbst-)Demütigung, Demut, Bescheidenheit, Unterwürfigkeit:** **1 proprie:** **a de hominibus eorumque animo sim. (in lusu verborum: l. 69):** FORM. Dion. 23 p. 508,31 cum u-is spiritu arma orationum sumsimus. VITA Rimb. 10 p. 88,38 septimus . . . -is gradus. RUOTG. brun. 5. p. 7,18 ubi magister excellut ingenii velocitate, ibi se discipulus prebuit -e. DAVID compos. 3,38,1 nota tres -is gradus. **persaepe. v. et p. 1155,20.1157,4.44. c. gen. explicativo:** CONC. Merov. p. 7,1 abbates pro -e religionis in episcoporum potestate consistant. HROTSV. lib. 1 praef. 9 vis frangitur obiurgationis, ubi intervenit -s confessionis. CHART. Babenb. 389 p. 234,28 in -e conversationis spiritualis in perpetuum militantis. **al. b de Christo:** ERMENR. Sval. 7 humani generis inimicus per -em Domini nostri Thesu Christi . . . victus ac damnatus est. EBO BAMB. Ott. 2,1 p. 51,3 sciebat . . . regnum diaboli non potentia, sed -e Christi destructum. *al. 2 alleg. et per prosop.:* RHYTHM. 90,18,6 ad turrem Babylonicam ira turbavit labia, virtutem sancti spiritus recipitque -s. ALLEG. cam. 25 secunda (*sc. camararia Christi*) est sancta -s; illa est thensauraria in camara. CONR. HIRS. mund. cont. 701 -s regina virtutis est, mors viciorum. *al. v. et vol. I. p. 860,69.* **C ignobilitas, vilitas, levitas – Niedrigkeit, Unwürdigkeit, Unbedeutendheit:** **1 proprie:** CONC. Karol. A 39^B,10 p. 445 -s vestium nihil valet sine -e mentium. CHRON. Pol. 1,2 p. 10,21 qui (*Deus*) . . . pauperum -em aliquociens exaltat. EPIST. Hildesh. 31 cum ad tantam -em se vellet rex inclinari, quod cum nepte mea (*sc. comitis*) coniugi sacramentum acciperet 124 dominus H. . . quasi -e nostri (*sc. episcopi*) nominis despexit pacem. **2 meton. de hominibus (in formula modestiae):** HRA BAN. epist. 2^a p. 384,2 dum sanctae crucis gloriam per meam -em audire non sustinet lector. ANSCAR. mirac. Willeh. 1 nostra . . . -s ea (*sc. miracula Willehadi*) . . . litteris indagare censuit. CHART. episc. Hild. I 164 (dipl. Heinr. V.) sic . . . -em nostram scuto sue (*sc. Dei*) protectionis speramus obumbrari. **saepe.** **D benignitas – Güte:** BERTH. chron. B praef. p. 165^b, 17 humillimae caritatis et caritativae -is executor (*sc. Herman nus Contractus*). **humilitatio, -onis f. detrectatio – Erniedrigung, Demütigung:** ARNO REICHERSB. apol. p. 125,16 usque ad crucem -o.*

humilito, -atum, -are. *detrectare, demittere – erniedrigen, demütigen*: HERM. IUD. conv. 2 p. 75,19 cerno . . . unum eundemque hominem (*sc. Christum*) -tum (humiliatum *var. l.*) et exaltatum.

humilo *v.* humilio. ***humilus** *v.* *humulus.

humitenus *v.* humus *et* tenuis.

***humlo** (*humblo*), -onis *m.* (*cf. francog. houblon*) *lupus – Hopfen*: ADALH. brev. Corb. 12 p. 379,7 nolumus, ut ullum alium servitum . . . nec -em nec ligna solvendo . . . faciat molinarius. 25 de -is decima, de -e . . . portio . . . per singulos menses detur. REGISTR. Elnon. 2 dat unusquisque (*sc. mansus*) . . . de -blone modios II. *ibid. al.*

***hummularius** *v.* *humularius. ***hummulus** *v.* *humulus.

humo (*u-*), -avi, -atum, -are. *form.* -itur: *l.18.* metr. hüm-: *l.23.*

1 **obi. homines i. q. humo tegere, sepelire – beerdigen, begraben, beisetzen**: LEX Ribv. 55,1 si quis . . . hominem mortuum, antequam -etur (-itur, humiter, sepeliatur *var. l.*), expoliaverit. EIGIL Sturm. 23 Dei martyris sancta sepulcro, quo prius inerant, ossa -vimus. DIPL. Loth. I. 23 p. 95,9 quo (*locu*) ipse (*Hugo*) corpore umatus exitit. LIBELL. de conv. Baiuv. p. 126,10 in qua ecclesia Adrianus martyr -tus pausat. TIT. Rom. 11,1 (MGPOET. IV p. 1018) hoc iacet -tum corpus superstite Demetrii. OTTO FRISING. gest. 1,34 p. 53,23 premissis quibusdam . . . qui se quempiam mortuum -andi gratia deferre simularent. *persaepe. locut. (abund.)* terrae -are: BERTH. ZWIF. chron. 49 p. 229,12 Counrad de Rumoldishusin apud nos terreae -tus ad Eningin dedit unum mansum. 2 **obi. res: a obreuere, (terra) operire – vergraben, (mit Erde) bedecken**: GALB. Karol. 36,23 portas castri terrae et lapidum et fimorum comportationibus introrsum -verant coadiutores ab immo usque in summum, ne eqs. b (*humo*) sordidare – (*mit Erde*) beschmutzen: EPIST. Praed. 83 p. 106,27 irriguet Adelheidis de Argentina, quod -are vestes infecritis (*sc. sanctimoniales*).

subst. humatus, -i *m.* *mortuus – Toter*: CONC. Merov. (CC ser. Lat. CXLVIII^A) p. 95,271 nefas est, ut eis christianorum non obserretur consortium, qui temeritatis ausu -orum ceneres (*i. cineres*) reddere praesumpserint inquietos. AGIUS epic. Hath. 277 ille (*Samuel*) prophetavit, hic (*Elisaeus*) vitam reddit -is (*-us cod.*, *cf. Vulg. IV reg. 13,21.*)

1. **humor** (*u-*), -oris *m.* *script.: umur: p. 1160,23. hou-: p. 1160,12. form. nom. sg. -e: l.45.*

humidum, madidum, liquor – Feuchtigkeit, Flüssigkeit, Nass, Saft: 1 gener., natur., techn.: a in univ.: a proprie: COMPOS. Luc. D 30 donec sumatur ipse u-e (*h-e var. l.*) confectionis. WALAHFR. hort. 39 ungula cornipedum si quando -e nocetur. POETA SAXO 1,70 arebant agri, nec in ipsis fontibus -r ullus erat. ALBERT. M. veget. 1,138 -r . . . magnarum arborum . . . in quibusdam est, sicut lac. *persaepe. v. et vol. I. p. 839,41.* b in imag. et per compar.: HILDEG. scivias 3,10 l. 887 ut ros de nubibus descendit et terram u-e suo perfundit, sic bona opera a Deo in homines descendunt et infusione spiritus sancti rigantur. 3,13 l. 22 symphonia dura corda emollit et u-em compunctionis inducit. CAES. HEIST. hom. exc. 259 p. 170,32 in quibus (*rumoribus*) dum viri spirituales versarentur contenciosa locuzione, arefiebant ab -e celestis gracie. al. γ meton. de caemento humido: THEOPH. sched. 1,15 in eodem -e liniantur omnes colores. b **aqua – Wasser**: MAPPAE CLAVIC. 254 erit commodum prius lacuna dulcis -is immixti. ALBERT. M. metaph. p. 33,26 videmus . . . solem et lunam et planetas et . . . astru u-e nutritri oceanii. in nomine sideris crateris (*'Becher'*): CARM. de temp. rat. 302 vas -is vere curvum solem iuxta semper paret. c **lacrima – Träne**: WALAHFR. carm. 24,36 ex oculis -r. d **ovi -r i. q. album ovi – Eiweiß**: MAPPAE CLAVIC. 43 ovorum numero V -em (*inde* COMPOS. Matr. 26,1). e de qualitate elementis inhaerente: HILDEG. scivias 3,11 tales . . . illusiones in diversis creaturis ostendit antichristus, videlicet in u-e, in viriditate et in siccitate earum. al. v. et vol. II. p. 91,5. 2 medic. et anat. de -bus corporis: a in univ.: a de hominibus: LEX Frision. 22,35 si . . . digitus . . . ita percussus fuerit, ut -r ex vulnere decurrat, quod liduwagi dicunt. ALFAN. premn. phys. 28,15 p. 137 hepar sugit -em a ventre. ALBERT. M. ani-

mal. 10,7 alias . . . -r medius inter aquam et sperma aliquando emititur. *persaepe. v. et vol. II. p. 2043,10. per compar.: VITA Rimb. 7 p. 86,13 quasi nativum exudans -em ad decorum . . . puritatis . . . pervenit.* β de animalibus: ALBERT. M. animal.

- 5 1,41 quae (*aranea*) gustat -em muscarum et aliorum vermium. 6,61 oportet ovum piscis esse compositum ex -e dupli. *ibid. al.* b in oculis: a -r albugineus (*'Kammerwasser'*): BENVEN. GRAFF. ocul. 3 p. 11,2 III sunt -es occulorum, primus dicitur albugineus. al. v. et l. 16. β -r crystallinus sim. i. q. 10 **lenticula, φακός – Linse**: Ps. ARIST. probl. 32 ex inflammatione -is christalo. Ps. GALEN. anat. 6 p. 183^D crystallinus -r (hou- *var. l. cod. Vindob.*), qui grando glacialis ab Aristotele vocatur. al. v. et l. 55. p. 709,71sqq. vol. II. p. 2056,37.43. γ -r vitreus i. q. *corpus vitreum – Glaskörper*: Ps. GALEN. anat. 15 6 p. 184^B ex opposita . . . parte vitrei -is exterius ante crystallinum positus est albugineus -r. al. c de quattuor -bus (de re v. LexMA. V. p. 211sqq. s. v. 'Humoralpathologie'): a usu vario (per compar.: l.26): AESCULAPIUS 41 p. 67,23 quae (*cataplasma*) reuma, hoc est -em abundantem ex vesica, provocent. Ps. ARIST. probl. 21 melancolicus -r. RECEPTE. Laresh. 1,39 ad -em flegmaticum. BOTAN. Sangall. 3,4 herba plantagine . . . super vulnera inposita -es et dolores refrigerat. TRACT. de caus. mul. 95 p. 53,23 umur frigidus. ALFAN. premn. phys. 4,2 p. 59 sanguineorum animalium corpora ex quattuor -bus constant eqs. HELM. chron. 96 p. 188,17 dum . . . veluti superfluitas quaedam -um indebitus amor sive odium deflectit narracionis impetus . . . in dexteram sive in sinistram. *persaepe. add: Ps. GALEN. anat. 41 p. 212D* est -r membrum molle ad suscipiendum impressionem de facilis . . . quaedam (*sc. membra*) 20 sunt dura, ut ossa, quaedam mollia, ut -r (sim. ALBERT. M. animal. 1,23). ALBERT. M. animal. 5,7 materia . . . est una, -r . . . femininus, qui formatur a semine maris. β in nomine morborum: GLOSS. med. p. 92,6 ydasma, -r hydropicorum. THANGM. (?) transl. Epiph. 9 p. 250^b,34 cum . . . podagricus -r 35 restringitur, fluentes arteriae solidantur. HILDEG. phys. 1,63 p. 530,24 si homini isti cum vino daretur *salvia*, paralysiacos -es . . . modum suum transilire faceret. al. v. et vol. I. p. 1422,21. 3 alch.: TURBA phil. 11 p. 119,24 regite . . . ipsum (*aurum*) coquendo -e (in -em *var. l.*), donec natura abscondita appareat. 15 40 p. 125,6 -r primus est frigidus. 57 p. 159,14 qui . . . vult veritatem pertingere, capiat oris solis -em et lunae sputum. *ibid. al.* [2. humor v. honor.]
- [3. humor v. tumor: ANTIDOT. Glasg. p. 117,4.]
- ***humoralis**, -e. ad humores pertinens – die Säfte betreffend, Säfte-: THADD. FLORENT. cons. 10,18 alia (*sc. causa*) fuit ex parte membrorum vocalium adiacentium, scilicet mala conditio -is lacertorum epiglotis. ALBERT. M. animal. quaest. 7,7 p. 175,32 non nutruntur animalia ex elementis, sed ex humiditatibus -bus, quae sunt principia proxima.
- 50 ***humorositas** (*u-*), -atis *f.* **humiditas** – Feuchtigkeit, Feuchte (*tam de qualitate quam de humore ipso*): 1 in univ.: CIRCA INSTANS p. 161^b -s . . . arboris et nutrientum sursum tendens efficaciam scamonee secum fert ad ramos, unde fit fructus laxativus. Ps. GALEN. anat. 6 p. 184^B ut ex -e sua defendat (*sc. albugineus humor*) crystallinum humorem ab arefactione aeris exterioris. FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 2,14 sunt, qui . . . tamdiu suspendunt alas ad fumum, donec u-s illarum carnium desiccatur. *persaepe.* 2 **sucus – Saft**: MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 369^A ponuntur *anacardi* . . . in humido loco, 55 ut -em contrahant a loco humido.
- 60 **humorosus**, -a, -um. **humore plenus, humidus** – Feuchtigkeit enthaltend, feucht: 1 gener. et natur.: a in univ.: URSO qual. 545 humectat *humiditas* . . . dum res -a, ut aqua, . . . rei induratae et aridae superfundit. ALBERT. M. veget. 65 7,109 ab aliis . . . locis -is phlegmaticus accipitur cibus. al. b de fructibus i. q. *sucidus – saftig*: ALFAN. premn. phys. 1,45 p. 13 haec (*elementa*) . . . per quaedam media inferuntur, ut aqua . . . mediante vino et oleo vel cunctis -is fructibus. MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 369^A eligendi sunt *anacardi* nigri et -i et ponderosi. URSO qual. 553 cum humida et -a dantur cibaria. al. 70 2 medic.: Ps. HIPPOCR. sang. 12 generat *sanguis malandrinosus* . . . papulas et cicatrices sive ulceræ -a. MAURUS progn. 31

p. 45^b,3 egestio non est colerica, id est -a. WILH. SALIC. chirurg. 1,51 p. 319^D que (sc. *hermia*) est aliquando ventosa, aliquando aquosa, aliquando carnosa, aliquando -a.

humotenus *v.* humus et tenuis.

***humularium**, -i *n.* (*humulus) *hortus lupi* – *Hopfengarten*, -acker: TRAD. Frising. 833 (a. 859/75) dederunt . . . nobiles viri . . . pomerium cum -o. al. CHART. Sil. D III 494 p. 318,17 (a. 1264) addimus etiam ibi curiam . . . , insuper et -um et hortum.

***humularius** (-mm-), -i *m.* (*humulus) *qui lupum colit* – *Hopfenbauer*, *Höpfner* (fere pro cognomine vel nom. prop.): ACTA civ. Wism. A 171 (c. 1250/60) Arnoldus -us emit domum contra Iohannem de Luke. ACTA civ. Rost. B I 5,882 p. 178 magister Heinricus -us convenerat quendam agrum a civitate ad excolendum humulum. ACTA civ. Kil. 58 ego Thidericus dictus humm-us vendidi premium meum. CHART. Hamb. 728 p. 603,26 testes sunt . . . Iohannes H-us eqs. al.

***humulator**, -oris *m.* (*humulus) *qui lupum colit* – *Hopfenbauer*, *Höpfner*: CHART. Sil. D III 160 (a. 1255) nostri -es tenentur ortos sepire . . . ; damus . . . omnibus -bus, ut eqs. ibid. iterum.

***humuletum** (humel-), -i *n.* (*humulus) *hortus lupi* – *Hopfengarten*: CHART. Sil. D III 160 (a. 1255) quia nobis laborat Otto magister septem iugera -i; Boppo laborat super sex iugera -i eqs. 215 p. 145,45 ut incole civitatis . . . tam de vinetis quam de -is (humel- cod.) decimas . . . nobis (sc. abbatisae) solvere . . . teneantur. al. CHART. episc. Halb. 1045 abbatii . . . decimam super -um ac super humulum . . . contulimus . . . possidemus.

***humulus vel *humb(u)lus**, -i *m.* (cf. francog. houblon) script.: com(a)el(us): l. 40,41. om.: l. 41. -bal(us): TRAD. Salisb. I 479^a p. 512,28. ibid. al. -mm-: ACTA civ. Kil. 239. humil(us): l. 39. al. form. nom. sg. -um: l. 38.

lupus – *Hopfen(pflanze)*; *Humulus lupulus L.*: TRAD. Ratisb. 328 (a. 1020/28) quatinus . . . perciperent *Witulo eiusque uxor* . . . duos (sc. modios) -i. CHART. Stir. I 429 p. 408,12 ut sibi (sc. clericu) . . . dentur . . . XXIIII gorc tritici totidemque -buli. GLOSS. Salern. p. 7b,21 *lupulus* -blum. CHART. com. Mansf. VI 15 p. 340,24 cum decima -ili. CHART. Carinth. IV 2149 p. 248,16sqq. dant *mansi* V *ydrrias* -i sive *comeli*; . . . unusquisque mansus V *ydrrias* *comeli* sive *omuli* (sc. *solvit*). ALBERT. M. veget. 6,361 -us est herba longissima, *saepe*. v. et l. 15,28. vol. II. p. 2106,27. cf. **homella*, **humlo*.

humus, -i *f.* (m.: l. 48,67. p. 1162,14. al.) script.: u.: l. 48,61. hom(us): l. 59,60. *coniunctum scribitur*: -otenus: p. 1162,11. al. -itenus: -e[c]tenus: p. 1162,9. al.

terra – *Erde*: 1 *in univ.:* a *propre:* ARBEO Emm. 28 p. 68,28 coacervatus umus in testimonium permaneat viventibus. POETA SAXO 3,177 egestum . . . fuit quantum sudore diurno, rursus -i tantum rediit sub nocte relapsae. WIDUK. gest. 1,5 Saxo privatus auro, oneratus . . . multa -o appropriat navibus. al. *de materia qua homo factus est*: GODESC. SAXO theol. 1 p. 81,14 Adam primus homo creatus est a Deo de -o terraque limo. ALBERT. M. Iob 5 p. 86,11 -um vocat terram humidam commixtam et contempseratam in naturam hominis. b *in imag.:* FLOR. LUGD. carm. 1,62 dum procul omnis -us fundo purgatur ab imo ac pietate proba Christi mandata geruntur. 2 *spectat ad sepulturam (interdum i. q. sepulcrum – Grab, e. g. l.59):* LEX Ribv. 88,2 si . . . eum (*mortuum*) ex homo traxerit et expoliaverit. LEX Baiuv. 19,8 cum cadaver -o (in -um, homo, umo var. l.) immisso fuerit. AGNELL. lib. pont. 124 p. 299 l. 343 cum multa alacritate sacerdotum et omnium gratulatione -o submersus est *Theodorus episcopus*. *saepe*. 3 *spectat ad glebam, terram arabilem*: ARBEO Emm. 6 p. 35,15 prospiciens -um fertillem et segetum habundantem. CORB. prol. p. 188,14 inhiante -o rorantes guttas (sc. *fontis eminentiae abbatis*) arenosus obsorbuit rus. 28 per XL annos -us aridus (arida var. l.) . . . remansit. ibid. al. 4 *area, regio – Land, Gebiet*: PAULIN. AQUIL. carm. 3,2,5 Hericum . . . plangite, Sirmium, Pola, . . . Abtensis -us ploret et Albenganus. WIGAND. Waldg. 13 Waltgerus primus in Saxonico (Saxonia var. l.) -o fundator congregationis. ANNAL. Zwif. II a. 1204 (vs.) Philips ad regna dirigit

sua bella Thuringia; heu qua frustratur, tamen haec -us hic spoliatur. 5 *solum – (Erd-)Boden*: a *propre:* a *in univ.:* ARBEO Corb. 4 p. 192,22 ut ex -o surgere debuisset (sc. *contractus*). 26 p. 218,19 ab -o erectus. HROTSV. Agn. 306 qui (*extinctus*) citius dicto iussus surrexit ab -o. VITA Adalb. Prag. 9 ipsi . . . nuda -us . . . et lapis pro capitis sustentaculo somnum dabat. al. -otenus, -itenus *adv. i. q. in solum – zu(m) Boden*: WIDUK. gest. 2,1 p. 66,11 his cornibus (sc. *armillis et chlamide*) . . . -i-tenus (hume[ct]-var. l.) demissis monearis (sc. *rex*),

10 quo zelo fidei ferreas. THIETM. chron. 6,31 cum omnibus suum suffraganeis rex -otenus prostrernitur. al. β solidum (siccum) – *fester Boden*: ARBEO Corb. 18 p. 208,20 quasi per -um marem ingrediens. VITA Vulfr. 8 (MGMer. V p. 667,28) plantis tantummodo aqua tinctis, quasi super -um radiens siccum (siccam var. l.). IUSTIN. LIPPIFL. 770 mare transit, intrat -um. al. b *in imag.:* CARM. de nat. animal. 741 quisque iacent et quisque sedens in -o vitiorum hostes instantes non bene vincet homo. c *meton. i. q. pratum – Wiese*: CARM. Bur. 161,1,3 -us picta floribus faciem commutat.

20 *adv. 1. humo.* 1 *in solum – zu Boden*: ARBEO Corb. 4 p. 192,14 -o projectus . . . iacebat fur. 28 in orationem -o se prostravit (VITA Corb. I 18 -o [humi var. l.] se prostraverunt ambo, al.). VITA Emm. I 22 membra cuiuslibet abscisa et -o projecta. al. v. et l. 32. 2 *a solo – vom Boden*: WALAHFR. 25 Wett. 288 surrexit -o lectoque resedit.

